Libellus Sophistarū ad vsum Cātibrigieñ.

De ꝓpositione.



Ermini ex q̇bus integratur ꝓpositio in grāmatica dictiones nuncupantur. ¶ Terminoꝝ alius simplex/alius cōpositus. Terminꝰ simplex est nomē vel verbum vel aliqua pars orationis per se posita vt homo animal currit legit: ⁊ huiusmōi. Terminꝰ cōpositꝰ est aggregatꝰ ex pluribus terminis simplicibꝰ. vt homo albus/animal currens ⁊ huiusmodi. ¶ Item terminoꝝ in compositoꝝ alius est coniunctione copulatiua vel disiunctiua mediante cōpositus: alius nulla mediante copulatiua vel disiunctiua compositus. Terminoꝝ cōpositoꝝ coniunctione copulatiua vel disiūctiua mediante/alius est copulatus/alius est disiunctus. Terminus copulatus est aggregatꝰ ex pluribus terminis simplicibꝰ mediante nota copulationis. vt homo ⁊ animal/currit ⁊ legit/⁊ huiusmodi. Terminus disiunctus est aggregatus ex pluribus terminis simplicibus/mediante nota disiūctionis. vt homo vel animal legit vel currit ⁊ huiusmodi. Terminus cōpositus nulla mediante copulatiua vel disiūctiua est talis vt vir doctus/mulier pudica/⁊ sic de similibus. ¶ Terminoꝝ simpliciū quidā est cathegoreumaticus/⁊ quidā syncathegoreumaticus. Terminus cathegoreumaticus est ille qui de se vel per se sine alterius adiunctione aliq̇d ꝓprie significat. vt nomina substantiua ⁊ adiectiua neutri generis. Terminus syncathegoreumaticꝰ est ille qui cū alio termino sumpto: ⁊ non per se aliquid proprie significat. sed consignificat vt nōia adiectiua masculini generis vel feminini. ¶ Termini substantiales sunt oīa nōia substantiua/preter nōia officioꝝ vel consanguinitatis. Nomina officioꝝ sunt talia. vt episcopus/faber/sutor ⁊ similia. ¶ Nomina cōsanguinitatis sunt talia. vt mater/pater/frater/soror ⁊ similia. Sunt etiā termini substātiales oīa nōia adiectiua ꝓprietates rerū significātia. ⁊ sunt talia. vt risibile qđ significat ꝓprietatē hōis. hinnibile qđ significat ꝓprietatē eq̄. rationabile qđ significat ꝓprietatē hōis ⁊ angeli. irrationale/qđ sigt̄ ꝓprietatē bruti. ⁊ ita de hmōi. ¶ Quidā tn̄ termini ꝓprietates rerum significātes. sunt termini accidentales vt gressibile volatile. Termini accidentales sunt oīa nōia adiectiua masculini vł feminini gn̄is/ꝑter adiectiua ꝓprietates rerum significantia/⁊ ꝑter tale participiū eius vel sibi ꝯsimile qđ est terminꝰ substantialis. ¶ Termini substantiales sunt illi q̄ si semel dicant̄ de vna re requirit̄/q̄ semꝑ dicantur de eadem re/dū illa res fuerit in rerū natura. vt homo lapis. Termini accidentales sunt illi qui licet semel dicant̄ de aliqua re non requirit̄ q̄ semper dicantur de eadem re/dū illa res fuerit in rerū natura vt albꝰ niger. ¶ Terminus superior est cōmunior termino sibi inferiori/vt est iste terminus aīal respectu istius termini homo: quia iste terminꝰ aīal sigt̄ omne illud qđ sigt̄ iste terminus homo/ et plura vltra ergo est superior:/⁊ iste terminus homo est inferior: q̄ significat aliqua que est terminus aīal significat ⁊ nō oīa/ergo est inferior isto termino animal. ¶ Terminus ꝯuertibilis est iste/qui significat quicquid aliꝰ terminus significat. ⁊ ecōtra. vt est de istis terminis homo est risibile/⁊ sic de alijs. ¶ Termini disparati sunt illi qui oīno disparia habent significata. vt sunt isti duo termini homo ⁊ asinus/⁊ sic de alijs. ¶ Terminus finitus est terminus simplex vel compositus sine aliqua negatione prima per se positus vt hō/asinus/niger ⁊ hmōi. ¶ Terminꝰ infinitus est terminus simplex vł cōpositus cum negatiōe prima. vt nō homo/nō animal/nō niger ⁊ hmōi. ¶ Terminoꝝ simpliciū/aliud est nomen/aliud pronomen/aliud verbū/⁊ sic de alijs.

Ropositio est orō idicatiua ꝯgrua/⁊ ꝑfectā verū vel falsū significās. Propositionū alia cathegorica alia hypotetica. Propositio cathegorica ē illa q̄ habet vnicū subiectū ⁊ vnicā copulā/⁊ vnicū p̄dicatū. vt hō est aīal ly hō est subiectū/ly aīal est p̄dicatū. ly est. est copula. q̄ copulat subiectū cū p̄dicato. ⁊ totū illđ qđ p̄cedit principale verbū i ꝓpositiōe cathegorica de iesse ē subiectū ꝑ signū vniuersale vł ꝑticula


re:dato ꝙ signum vniuersale vel particulare ibidē sint. ¶ Signa vniuersalia sunt talia. vt omnis/nullus/vterqꝫ/vnusquisqꝫ/quilibet/neuter ⁊ similia. ¶ Signa particularia sunt talia/vt aliquis/quidam/alter ⁊ vnus. ¶ Copula prepositionis cathegorice/est principale verbum. ⁊ si vnicum sit verbum in propositione cathegorica/illud est principale verbū. si vero plura sunt verba: illud verbū quod construitur cum antecedente relatiui est principale verbum. Et illud quod construitur cū relatiuo/est secundarium vt homo currit qui loquitur. currit est principale verbum ⁊ nō loquitur quia construitur cum relatiuo. Si aliquis rectus immediate sequitur principale verbū per se: iste rectus est predicatum. vt homo est animal/animal est predicatum. Et si sequatur rectus cum quocunqꝫ adiuncto/tunc totum aggregatum ex rectō ⁊ adiuncto erit predicatum. vt homo est currens in domo. hoc totum currens est predicatū. Si nihil sequatur principale verbū/tunc participiū verbi erit predicatum. vt deus est. ens est predicatū. Si sequatur aduerbiū vel obliquus immediate post verbū/participium cum toto subsequente est predicatum. vt animal currit velociter in domo. currens velociter in domo est predicatum. ¶ Item propositionū cathegoricarum/alia est affirmatiua/alia negatiua. Propositio affirmatiua est illa ī qua pricipale verbū affirmatur. vt homo est animal. Propositio negatiua est illa in qua pricipale verbū negatur. vt homo non est animal. ita ꝙ negatio precedat totam propositionē vel immediate aut principale verbum ponatur. vt exemplificatum est. vel quando sunt impares negationes. vt nonnullus homo currit. ¶ Item propositionū cathegoricarū/alia vniuersalis/alia particularis/alia indiffinita/alia singularis. Propositio vniuersalis est illa in qua subijcit terminꝰ cōmunis signo vniuersali determinatꝰ. vt omnis homo est animal. Cuiuslibet hominis asinus currit. et sic de alijs obliquis. Quodlibet nomen appellatiuū est terminus communis. ⁊ quedam participia/et quedā aduerbia sunt termini communes. vt qualiter/qualitercunqꝫ. ⁊ sic de ceteris. ¶ Propositio particularis est illa in qua subijcitur terminus communis signo particulari determinatus. vt aliquis homo est animal. alicuius hominis seruꝰ est bonꝰ. ⁊ sic de ceteris obliquis. ¶ Propositio indiffinita est illa in qua subijcitur terminꝰ communis sine signo: vt homo currit. ¶ Propositio singularis est illa in qua subijcitur terminus discretus. vt iste homo currit. vel sortes currit. ¶ Termini discreti sunt omnia nomina propria/⁊ pronomina demōstratiua/⁊ aduerbia demonstratiua. Pronomina demonstratiua sunt illa ille/ipse/iste/hic ⁊ is. ¶ Aduerbia demōstratiua sunt illa. Illic istic. ⁊ huiusmodi. Que rca vel yp/qualis me vel aff. v. quanta e per in sin. Ad questionem factam per que/respondendū est Cathegorica vel hypotetica. Ad questionem factam per qualis/respondendū est Affirmatiua vel negatiua. Ad questionē factā per quanta/respōdendū est Uniuersalis Particularis. Indiffinita vel Singularis.

¶ Dicto de propositiōe cathegorica/⁊ de eius speciebꝰ iam dicendū est quomodo propositiōes cathegorice cōtrariantur/⁊ contradicunt sibiinuicem: ⁊ quomodo propositiones cathegorice stant in figura.

¶ Pro quo notandum est ꝙ propositio vniuersalis affirmatiua ⁊ propositio vniuersalis negatiua de omnino cōsimilibus subiectis copulis ⁊ predicatis/⁊ terminis precise ⁊ pro eisdē supponentibꝰ sunt propositiones cōtrarie/⁊ contrarie stant in figura. ¶ Propositio vniuersalis affirmatiua/⁊ propositio particularis vel indiffinita negatiua de omnino cōsimilibus subiectis copulis ⁊ predicatis/⁊ terminis precise ⁊ pro eisdem supponentibus/sunt propositiones cōtradictorie ⁊ contradictorie stant in figura. ¶ Propositio vniuersalis affirmatiua: ⁊ ppositio particularis vel indiffinita affirmatiua/de omnino consimilibꝰ subiectis ⁊ predicatis ⁊c. sunt propositiōes subalterne/⁊ subalterne stāt in figura. ¶ Propositio particularis affirmatiua vel indiffinita affirmatiua/⁊ particularis negatiua vel indiffinita negatiua de omnino cōsimilibus subiectis copulis ⁊ predicatis/⁊ terminis precise ⁊ pro eisdē supponentibꝰ sunt propositiones subcontrarie/⁊ subcontrarie stant in figura. ¶ Itē propositio singularis affirmatiua/⁊ propositio singularis negatiua de omnino consimilibus subie-

ctis copulis et predicatis et terminis precise et pro eisdem supponentibus: sunt propositiones cōtradictorie: vbi subiecta ꝛ predicata sunt termini simplices/ et sic de huiusmodi. Et de istis non assignatur locus in figura: sed solum sibi inuicem cōtradicunt.

¶ Que vero contrariantur et contradicunt/ vel subcōtrariantur/ ꝛ que subalternantur: patent per figuram sequentem.



¶ Lex et natura cōtrariarum talis est. ꝙ si vna sit vera reliqua erit falsa in omnibus terminis substantialibus: ꝛ in predicatione directa vt si hec sit vera. Quilibet hō est aial/ hec est falsa. Nullus hō est animal. Sed in terminis accidentalibus ꝛ in predicatione indirecta pñt simul esse false. vt quilibet homo est albus. Nullus homo est albus. Omne animal est homo. et Nullum animal est homo. ¶ Predicatio directa est quando terminus inferior est subiectū et terminus superior est predicatum. ꝛ econtra in predicatione indirecta.

¶ Lex et natura cōtradictoriarum talis est. ꝙ si vna sit vera reliqua erit falsa in omnibus terminis ꝛ in omni predicatione. vt si hec sit vera. Quilibet homo est animal. hec erit falsa/ quidam homo non est animal.

De equipollentia et conuersione.

¶ Lex et natura subalternarũ talis est q̄ si vniuersalis sit vera/sua particularis ⁊ indiffinita erit vera in oībus terminis ⁊ in oı̄ predicatione. vt si hec sit vera. Quilibet hō est aīal/hec erit vera: quidā hō est animal. Et si hec est vera. Quilibet homo est albus/hec est vera. quidam hō est albus. Sed q̄uis particularis sit vera: non tñ requiritur q̄ sua vniuersalis sit vera: nisi in terminis substantialibus/et in predicatiōe directa/quia q̄uis hec sit vera. Quidam homo currit/hec non erit vera/quilibet homo currit ⁊c̄.

¶ Lex ⁊ natura subcōtrariarum talis est/q̄ si vna sit vera reliqua erit falsa in terminis substantialibus ⁊ in predicatione directa. vt si hec sit vera/homo est animal/hec est falsa. homo non est animal. Sed in terminis accidentalibus ⁊ in predicatione indirecta possunt simul esse vere. vt homo est albus. homo non est albus/animal est homo/animal non est homo.

Equipollentia est equipollētia duarũ ꝑpōnum adinuicem ita q̄ tm̄ valeat vna sicut et altera.

Uersus.

¶ Pre contradic/post contra/pre postq̄ subalter.

¶ Pre contradic/hoc est quando negatio preponitur totali ꝑpositioni facit illam equipollere illi ꝑpositioni que ante aduentũ negationis fuit eius contradictoria. vt non oīs homo currit. equipollet huic: aliquid quod est homo non currit. ¶ Post contra/hoc est qñ negatio postponitur signo et subiectũ immediate ante principale verbũ facit illam equipollere illi ꝑpositioni que ante aduētum negationis fuit eius contraria. vt omnis homo non currit. equipollet huic ꝑpositioni. nihil qđ est homo currit. ¶ Pre postq̄ subalter. hoc est qñ negatio preponitur ⁊ postponitur signo ⁊ subiecto facit illā propositionē equipollere huic propositioni que añ aduētũ negationum fuit eius subalterna. vt non omnis homo non currit. equipollet huic aliquid quod est hō currit. Nota q̄ oēs propositiones equipollentes sunt eiusdē qualitatis ⁊ q̄titatis cũ ꝑpositionibus quibus equipollent. Qualitas propositionis est affirmatio vel negatio. Quantitas ꝑpositionis vniuersalitas/particularitas/indiffinitas/vel singularitas.


Conuersio est quādo de subiecto fit predicatum ⁊ ecōtra: vel cōuersio est trāspositio terminoꝝ.

¶ Cōuersio fit tribus modis. s. cōuersio simplex/cōuersio per accñs/⁊ conuersio per contrapositionē. ¶ Cōuersio simplex est qñ de subiecto fit p̄dicatũ ⁊ ecōtra manente eadem qualitate ⁊ q̄titate. vt homo est animal. ergo animal est homo. ¶ Conuersio per accñs est qñ de subiecto fit predicatũ ⁊ econtra manente eadē qualitate sed mutata q̄titate vt oīs homo est aīal/ergo quoddā animal est homo. nullũ aīal est sedens/ergo quoddā sedens nō est animal. ¶ Cōuersio per cōtrapositionem est qñ de subiecto fit predicatũ ⁊ ecōtra manente eadē qualitate ⁊ q̄titate: sed mutatio terminorũ finitis in terminos infinitos. vt oı̄s hō est aīal/ergo omne non aīal est non homo. quoddam animal est asinus/ergo quidam non asinus est nō animal/talis conuersio non tenet in terminis transcendentibꝰ. Termini trāscendētes sunt ens/res/aliquid/⁊ vnum. ¶ Simpliciter feci cōuertitur eua per acci. Cati per contra sic fit cōuersio tota. Cato per contra sic fit conuersio nulla. A/notat vniuersalem affirmatiuam. E/notat vniuersalem negatiuā. I/notat particularem vel indiffinitā affirmatiuā. O notat particularē negatiuā. ¶ Et sciendũ est q̄ vniuersalis negatiua ⁊ particularis vel indiffinita affirmatiua debēt ꝯuerti simpliciter. Et vniuersalis negatiua ⁊ vniuersalis affirmatiua debent conuerti per accidēs. Uniuersalis affirmatiua ⁊ particularis vel indiffinita affirmatiua debēt cōuerti per cōtrapositionē. ¶ Et nota quomodo debent cōuerti alique propositiones subsequentes. vt nulla domus facit hominē/ergo nullũ faciens holem est domus. Homo erit episcopus/ergo qui erit episcopus est vel erit homo. ¶ Et causa est quare sic conuertun=

tur: quia quando terminus communis non distributus supponens respectu verbi de futuro a parte subiecti supponit pro suo significato qd est vel qd erit. Et respectu verbi de preterito supponit pro suo significato qd est vel qd fuit. Et respectu verbo de posse supponit pro suo significato qd est vel quod potest esse. ¶ Sed si terminus cōmunis distributus supponēs respectu verbo de futuro a parte subiecti supponit pro suo significato qd est & qd erit. Et respectu verbi de pterito a parte subiecti supponit pro suo significato qd est & qd fuit. Et respectu vbi ampliatiui supponit pro suo significato qd est & qd potest esse: sed a parte predicati semper sequitur naturā verbi. hoc est quando verbum est de preterito/predicatum stat pro suo significato vt preterito: & si verbum sit de futuro: predicatum stat pro suo significato vt futuro. Et si verbum sit de posse: tunc predicatū stat pro suo significato vt possibili. Et ideo oportet q termini cōsimiliter supponāt in conuertente sicut in conuersa. ¶ Prima propositio vocatur conuertens vel cōuersa. vt nullus puer fuit senex/ergo nullus preteritus senex est nec fuit puer. Uel sic. Nihil quod est senex est nec fuit puer. Nulla virgo erit corrupta/ergo nullū futurū corruptum est nec erit virgo. Antichristus pōt esse homo: ergo potēs esse hō est vel pōt esse antichristus. Et sic de propositionibus de preterito & de futuro & de ampliatiuis est negociandū. ¶ Nota q si aliquis terminus cōis gn̄is restringatur per adiectiuū masculini gn̄is vel feminini in conuersa/similiter in conuertente debet restringi. Unde talis ꝓpositio. Nullus hō currit. sic cōuertitur: ergo nullū qd currit est aliquis homo. Nulla homo est masculus: ergo nullus masculus est aliqua homo. et ita de simōi. ¶ Nota q in omi conuersione si conuersa sit vera sua conuertens erit vera: tamen licet conuertens sit vera non oportet conuersam esse veram. vt patet in conuersione per accidens. &c.

¶ Propositionū cathegoricarū alia modalis/alia de inesse. ¶ Propositio de inesse est qn predicatū inest subiecto sine modo modali. vt homo est animal. ¶ Propositio modalis est quando ꝑdicatū inest subiecto cū modo modali. vt possibile est hoīem currere. ¶ Et notandū est q quattuor sunt modi facientes propositionē esse propositionē modalē. scilicet possibile/impossibile/contingens et necessariū cū eorū aduerbiis scz possibiliter/impossibiliter/cōtingenter et necessarie. ¶ Notandū q hec est differentia inter ꝓpositionē necessariā: & ꝓpositionē de necessario. ¶ Propositio necessaria est qn ꝑdicatū inest subiecto de necessitate. vt deus est/vel cuius primariū significatū necesse est esse. Propositio de necessario est illa in qua ponitur talis terminus necessariū vel necessario ante totā ꝓpositionē. vt necessario homo currit. ¶ Necessariū dicitur duobus modis. scz per se/& per accidens. Necessariū per se est illud qd nō potest nec potuit nec poterit esse falsum. vt deus est. Necessariū per accidens est illud qd non potest nec poterit esse falsum: potuit tamen fuisse falsum. vt hec anima mea est. ¶ Similiter impossibile dr duobus modis. scz per se & per accidēs. Impossibile per se et est illud qd nō potest nec potuit/nec poterit esse verum. vt nullus deus est. Impossibile per accidens est illud qd nō potest nec poterit esse verū: potuit tamē fuisse verum. vt hec anima mea non est. ¶ Propositio contingens diuiditur in propositionē contingentē natā et in ꝓpositionē contingentē ad vtrūlibet. ¶ Propositio contingens nata dicit illa cuius veritas vel falsitas iam nata est vel ineffabiliter nascetur. Propositio cōtingens nata diuiditur in propositionē cōtingentē determinate verā/ & in propositionē cōtingentē determinate falsam. Propositio contingēs determinate vera est propositio contingens vera de presenti: quia eius veritas iam nata est. Exemplū. vt ego sum/ego lego. Uel ꝓpositio contingēs determinate vera est propositio vera de futuro: que vera erit pro aliquo momento: et pro eodem momento non poterit esse actualiter falsa. vt sol orietur cras. ¶ Propositio contingens determinate falsa est propositio falsa de presenti / vel propositio falsa de futuro / que falsa erit pro aliquo momento: & pro eodē momēto nō potest esse actualiter vera. vt ego non sum sol nō orietur cras. Propositio contingens ad vtrūlibet est cuius vtraqꝫ pars potest indifferenter euenire. Et diuiditur in propositionē contingentem indeterminate verā/ & in ꝓpositionē contingentem indeterminate falsam. Propositio contingens ad vtrūlibet indeterminate vera est ꝓpositio de futuro que vera erit ꝓ aliquo mo-

mento ⁊ poterit esse falsa pro eodē momento. vt ego cras curram. Cras erit naua-
le bellum. Propositio indeterminate falsa est ꝓpositio de futuro q̃ erit falsa ꝓ ali-
quo momento/et poterit esse actualiter vera pro eodem momento/vt ego ero eps.
ego nō disputabo cras. ⁊ sic de aliis. ¶ Sciendū est q̃ quelibet ꝓpositio participās
tali termino possibile vocatur ꝓpositio de possibili. ⁊ sic de aliis terminis moda
libus est dicendū. ¶ Sciendū est q̃ regule de cōuersione et de equipollentiis que in
propositionibus de inesse obseruant̄ hn̄t obseruari in propositionibus modalibus
vt patet in figura sequenti. Cōuersio tamen se tenebit ex parte dicti modis non va
riatus. in equipollentiis debet negatio preponi dicto vel ante totā ꝓpositionē. Et
dictū ꝓpositionis est accusatiuus casus cum modo infinitiuo sequenti. ⁊c.



Propositio hypothetica est illa q̃ habet duas ꝓ-
positiones cathegoricas in se inclusas per ali-
quā notā hypothetice. Et nota q̃ quinq̃ sunt species hypothetice. s. conditionalis
copulatiua/causalis/tpalis/⁊ disiunctiua. ¶ Conditionalis est illa q̃ hz duas ꝓpos
tiones cathegoricas in se inclusas per hāc notam si. vt si tu es homo/tu es animal.
q est cōditionalis bona. qñ ꝯseq̄ns formaliter intelligitur in antecedēte. ¶ Et sci-
endū est q̃ l y tu es homo: est antecedens q̃ illa ꝓpositio que immediate sequitur
istam notā si. est antecedens: reliqua vero est consequens. ¶ Causalis est illa q̃ ha
bet duas propositiones cathegoricas in se inclusas per hanc notam quia vt quia
t ies homo. tu es animal: et est causalis vera quando primarius significatū antece-
dentis est causa primarii significati cōsequentis. ¶ Copulatiua est illa que habet
duas ꝓpositiones cathegoricas in se inclusas per hanc notā et/vt tu es hō/et tu es
aīal. ⁊ est copulatiua vera qñ vtraq̃ ps eius est vera. et est falsa qñ altera pars est
falsa. ¶ Disiunctiua est illa q̃ hz duas ꝓpōnes cathegoricas in se inclusas ꝑ hāc no-

tam vel. vt tu es hõ/vel tu es aīal. et est disiūctiua vera/qñ vna pars est vera. et est falsa qñ vtraqꝫ pars est falsa. ¶ Tpalis est illa que habet duas ꝓpositiones cathegoricas in se inclusas p hanc notã dū: vt dū tu curris tu moueris. Et est tpalis vera qñ vtraqꝫ pars eius est vera. ⁊ hoc ꝑ eodem tẽpore. Et sciẽdum est ꝙ nulla propositio hypothetica est alicuius q̄litatis nec quantitatis. Quia nulla ꝓpositio hypothetica habet vnicū subiectū/vnicū predicatū/nec vnicã copulam: quia quãtitas propositionis habet attendi penes subiectum. Et qualitas propositiõis habet attendi penes principale verbū. ideo propositio hypothetica non est alicuius qualitatis nec quantitatis. ¶ Omniū vero illarū propositionū hypotheticarū predictarū ꝯtradictoria preterq̄ȝ copulatiue et disiūctiue ꝑ vnã negationẽ totaliter prepositū gñaliter danda sunt. vt ꝯtradictoriū isti⁹: dū tu es hõ tu es aīal. est hoc nõ dum tu es homo tu es animal ⁊ sic de alijs est dicendū. ¶ Cõtradictoriū disiunctiue est vna copulatiua facta ex oppositis partiū ⁊ ecõtra: de copulatiuis. vt ꝯtradictoriū isti⁹ tu es homo vel tu es animal est tale. tu nõ es hõ ⁊ tu non es aīal. ¶ Contradictoriū copulatiue est vna disiunctiua facta ex oppositis partiū. vt cõtradictorium istius. tu es homo ⁊ tu es animal est hoc: tū non es homo vel tu non es aīal. ⁊c̃.

¶ Ut dicit Boetius argumentū est ratio rei dubie faciens fidem ⁊ certitudinẽ de re dubia. ¶ Et sciendū est ꝙ quattuor sunt species argumenti scilicet. Enthymema/exemplum/inductio: et syllogismus. Enthymema est curtatus syllogismus habens vnam premissam et vnam solam conclusionem. vt homo currit/ergo animal currit. Exemplum est quando vnum simile probatur per aliud simile. vt sicut se habet rector in naui sic se habet magister in scholis: sed rector in naui non eligitur sorte sed arte: ergo magister in scholis nõ eligitur sorte/sed arte. ¶ Inductio est quando vniuersale probatur per sua singularia. vt ille homo currit. et ille homo currit et ille. et sic de singulis: ergo omnis homo currit.

¶ Syllogismus est oratio in qua quibusdã positis ⁊ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sunt ⁊ cõcessa. ¶ Et sciendū est ꝙ omīs syllogismus cõstat ex tribus terminis. s. ex maiore extremitate: ex minore extremitate: et ex medio termino. ¶ Medius terminus est ille qui sumitur bis ante conclusionem ⁊ non ingreditur illam. ¶ Maior extremitas est ille qui sumitur in prima propositiõe cū medio termino. ¶ Minor extremitas est ille q̄ sumitur in scđa ꝓpositione cū medio termino. ¶ Figura est debita dispositio terminorum. ¶ Et notãdū est ꝙ sunt tres figure in quibus regulantur. xix. modi in q̄bus medius termin⁹ diuersimode ordinatur. Un̄ si fiat syllogism⁹ in prima figura medius termin⁹ erit subiectū in p̄ma ꝓpõne ⁊ predicatū in scđa. Et in scđa figura medi⁹ termin⁹ erit bis predicatū. s. in prima propositione ⁊ in scđa. Et in tertia figura medius terminus erit bis subiectū. Versus.

Sub pre prima/bis pre secunda/tertia bis sub.

Uersus.

Barbara/celarent/darij/ferio/baralipton.
Celantes/dabitis/fapesmo/frisesmorum.
Cesare/camestres/festino/baroco/darapti/
Felapton/disamis/datisi/bocardo/ferison.
Syllogisari non est ex particulari.
Neqꝫ negatiuis recte concludere si vis.

¶ Nota ꝙ omnis conclusio fit ex maiori extremitate et ex minori extremitate. Et est conclusio directa aut indirecta. Conclusio directa est quãdo maior extremitas predicatur et minor subijcitur. Conclusio indirecta est quando minor extremitas predicatur ⁊ maior subijcitur. ¶ Et sciendum ꝙ omnes syllogismi concludunt directe preter quinqꝫ qui concludunt indirecte. Unde versus.

Omnes directe concludunt: excipe quinqꝫ
Nomina sunt quorum bara/ce/da/fa/frisesmorum.

¶ Et notandum est ꝙ nouemdecim sunt modi/et tres sunt figure: quarū prima cõtinet nouem/secunda quattuor/tertia sex. Uersus.

Nouem sunt prime/sex ter/quattuorqꝫ secunde.

¶ Expliciunt summule.

¶ De suppositionibus.

Quoniam ignorātibus suppositiones termino
rum varietates propositionū latent: ideo cir-
ca suppositiones plura oportet scire. ¶ Primo oportet scire quid sit suppositio: et
qui termini supponunt et qui non: et ubi supponunt et ubi non. Et quando supponunt
et quando non. etc. ¶ Sciendum est quod nullus terminus extra orationem positus/
potest supponere: sed solummodo in oratione. ¶ Et sciendum est quod suppositio est
proprietas unius extremi/ secundum quod unum extremū ordinatur ad aliud extre-
mum in propositiōe. Vel suppositio est significatio termini cathegoreumatici po-
siti in oratione secundum quod ponitur in eadem. ¶ Nota quod pars extremi non sup-
ponit: sed toti extremo debetur suppositio/ hoc est a parte subiecti sed non a par-
te pdicati. ¶ Nota quod duplex sit suppositio: scilicet propria et impropria. Supposi-
tio propria est quando aliquis terminus significat ex usu loquendi sicut in prima-
ria significatione. Suppositio impropria est quando aliquis terminus significat
aliter ex usu loquendi quam ex primaria significatione. ut Anglia pugnat. id est gens
Anglie pugnat. bibe scyphū. id est contentum in scypho. ¶ Suppositio propria di
citur tribus modis. scilicet materialis/ simplex: et personalis. Suppositio materia
lis est quando terminus communis supponit pro voce materiali et non pro re per
vocem significata. ut homo est nomen/ amo est verbum. ¶ Suppositio simplex est
quando terminus cōis supponit pro natura cōi quam primo signat. ut homo est species/
aīal est genus. i. natura humana est species/ aīalitas in cōi est genus: et sic de aliis.
¶ Suppositio psonalis est qn terminus supponit pro aliqua certa persona. Et hec
est duplex. scz discreta et cōis. Suppō discreta est qn terminus cōis supponit discre-
te. ut ille homo currit vel sortes currit. Suppositio communis est quando termi-
nus cōis supponit cōiter. ut omnis homo currit. ¶ Et hec est duplex. alia est cōfusa/
alia determinata. Suppō determinata est quando terminus cōis supponit pro suis
suppositis et contingit descendere ad sua supposita disiunctive et non copulative
ut homo currit signat quod ille homo currit/ vel ille homo currit/ vel ille homo currit et
sic de singulis: ergo homo currit. ¶ Suppositio confusa duplex est. Alia est confusa
et distributiva: et alia confusa tantū. Suppositio confusa tantum est quando ter-
minus cōmunis supponit pro suis suppositis et non contingit descēdere ad sua sup-
posita/ nec copulative nec disiunctive. ut omnis homo est currens: ly currens stat
confuse tantum. Suppositio confusa et distributiva est quando terminus cōis sup-
ponit pro suis suppositis. Et contingit descendere ad sua supposita/ copulative et
nō disiunctive. ut omnis homo currit sic signat quod ille homo currit: et ille homo currit.
et ille homo currit. et sic de singulis. ergo omnis homo currit. ¶ Et sciēdum est quod in
omni universali affirmativa subiectū supponit confuse et distributive et predicatū
confuse tantū si sint termini communes et non aliunde impediti. ¶ In omni univer-
sali negativa tam subiectū quam predicatū supponunt cōfuse et distributive si sint ter-
mini communes et non aliunde impediti. ¶ In omni particulari vel indiffinita af-
firmativa tam subiectum quam predicatum/ supponunt determinate: si sint termini
communes et non aliunde impediti. ¶ In omni particulari vel indiffinita negati-
va subiectum supponit determinate: et predicatū confuse et distributive: si sint ter-
mini cōmunes et non aliunde impediti. ¶ In omni singulari affirmativa subiectū
supponit discrete: et predicatū determinate: si sit terminus communis et non aliun-
de impeditus. ¶ In omni singulari negativa subiectum supponit discrete et predi
catū cōfuse et distributive: si sit terminus cōmunis et non aliunde impeditus. ¶ No-
ta quod terminus singularis sive discretus ubicunque supponit supponit discrete.

¶ A subiec con dis/ pre confuse quoque tantū
E subiec et pre stant confuse et distributive.
I subiec et pre tibi stant deter: minata
O subiec deter stant pre con distributive
Sin affir subiec discrete: predica deter.
Sin nega subiec dis: pre confu distributive
Si sit discretus discrete semper habetur.

cōsequētia ē idē quod argumētū

¶ De consequentia.

Consequentia est antecedens et consequens cū nota consequentie: vel est aggregatum ex antecedente et consequente cum nota consequentie. ¶ Note consequentie sunt. Ergo/ ideo/ igitur/ et si. Et in omni consequentia antecedens est illud quod precedit notam consequentie. Et consequens est illud totum quod subsequitur ipsam: preter ꝙ in cōditionali. ibi enim est antecedens illa propositio que immediate sequitur hanc notam si: et consequens reliqua propositio. Unde totum aggregatum ex antecedente ⁊ consequente dicitur consequentia.

¶ Duplex est cōsequentia/ vna est bona/ alia non bona. ¶ Consequentia bona est: cuius añs nō pōt esse verū/ nisi consequēs sit verum. Unde ista ꝯsequentia est bona: homo currit ergo animal currit. ¶ Cōsequētia non bona est illa cuius añs potest esse verū sine consequēte. vt illa: omnis homo currit: igitur sortes currit. Potest enim esse verū ꝙ omnis homo currat ꝙuis sortes non sit. Posito ꝙ omnis homo currat: et ꝙ sortes sit mortuus/ tunc añs est verū. s. ꝙ omnis homo currit: ⁊ consequens est falsum ꝙ sortes currit: cum sortes non est.

¶ Cōsequentiarum bonarū alia enthymemica/ alia syllogistica: alia inductiua/ alia exemplificatiua. De consequētia syllogistica exemplificatiua ⁊ inductiua sufficiunt: que dicta sunt in capitulo de argumento. ¶ Enthymemica est illa que solum habet vnam premissam ⁊ vnam solam conclusionem. vt dictum est supra. ¶ Consequentiarum vero enthymemicarum: alia est bona formalis/ alia bona materialis. ¶ Consequentia bona materialis dicitur tribus modis. Uno modo quando in vna certa materia est consequētia bona: ⁊ in alia materia cōsimili consequentia non valet. vt sic arguendo: deum esse est verū: ergo deū esse est necessarium. In ista materia est bona: ⁊ in aliis consimilibus non valet. vt me esse hominem est verum: ergo me esse hominem est necessarium. ¶ Alio modo quando ex propositione impossibili concluditur vna propositio quecunqꝫ fuerit impertinens antecedenti. vt sic arguēdo: homo est asinus/ ergo tu curris. ¶ Tertio modo quando ex aliqua propositione impossibili vel contingenti concluditur vna propositio necessaria. vt sic arguendo: tu sedes/ ergo deus est. Ita ꝙ consequens semper sit impertinens antecedenti.

¶ Consequentia vero bona ⁊ formalis enthymemica est illa cuius consequens formaliter intelligitur in añte. vt sic arguendo: tu curris/ ergo tu moueris: qꝛ in ista tu curris formaliter intelligitur tu moueris. ⁊ dico consequēs formaliter intelligi in añte quando ex verificatione añtis verificatur ꝯñs. ¶ Similiter ꝯsequentia bona ⁊ formalis est talis qualis modus arguendi in oīni materia tenet. vnde omnis syllogismus est consequentia bona ⁊ formalis.

¶ Alia regula est hec: ꝙ in omni consequentia bona ⁊ formali oppositum consequentis repugnat antecedenti eiusdem. vt homo currit/ ergo animal currit. Unde ista repugnant. nullum animal currit/ et homo currit. ¶ Repugnare dicuntur ea que non possunt simul stare. ¶ Simul stare dicuntur ea que possunt simul esse vera. Unde in oīni cōsequētia bona que non valet oppositum ꝯñtis stat cū añte eiusdē. Ista ꝯña non valet. deus est/ ergo tu curris. q̄a oppositum ꝯñtis stat cū añte eiusdē: quia ista stant simul: deus est: ⁊ tu non curris.

¶ Alia regula est hec: in omni consequētia bona ⁊ formali ex opposito ꝯñtis sequit̄ oppositū añcedētis formaliter. Uñ illa ꝯsequētia est bona. hō currit/ ergo aīal currit. idō formaliter sequitur. nullū aīal currit/ ergo nihil quod est homo currit. ¶ Alia est hec. In oī ꝯña bona et formali quicquid sequitur ad cōsequēs formaliter sequit̄ ad añs. Ista enī est bona ꝯña ⁊ formalis: homo currit/ ergo animal currit. Ideo quicquid sequitur ad hoc consequens animal currit. sequitur ad hoc antecedens homo currit/ sed ad hoc ꝯsequēs animal currit: sequitur ista. corpus currit/ ideo sequit̄ ad hoc antecedens homo currit: ergo corpus currit.

¶ Alia regula est hec: quando sunt multe consequētie enthymematice bone et formales et non varietate arguendo a primo antecedēte ad vltimum consequens est ꝯña bona: vt sic arguendo. tu es homo ergo tu es animal ergo tu es corpus. tu es corpus ergo tu es substantia: tu es substantia ergo tu es ens: ergo a primo ad vltimum tu es homo ergo tu es ens. ¶ Consequentie dicuntur esse variate quando plus vel non idē est antecedēs in posteriori ꝙ fuit ꝯsequēs in ꝯña priori. vt sic arguendo: homo currit ergo animal currit/ animal currit ergo corpus currit/ corpus currit: et omne corpus est album: ergo substantia alba currit. Ista enī vltima ꝯña est variata: q2 plus est añs in posteriori ꝙ fuit ꝯñs in ꝯña priori. In illa enim cōsequentia. animal currit ergo corpus currit. ista propositio corpus currit est solum ꝯñs: et in alia immediate sequenti scilicet corpus currit et corpus est album. ergo substantia alba currit: totum hoc est antecedens corpus currit et omne corpus est album: et ideo ille sunt consequentie variate.

¶ Alia regula est hec: arguendo ab inferiori ad suū superius sine negatiōe et sine distributiōe pcedēte illud inferius vl' superius est ꝯña bona. vt tu es hō: ḡ tu es aīal. Uñ arguēdo ab inferiori ad suū superius: vbi tā inferius ꝙ superius supponūt determinate est ꝯña bona. Et vbi tā inferius ꝙ superius supponunt confuse tm̄ est ꝯña bona. pterꝙ cū istis verbis incipit et desinit. ¶ Sed arguēdo ab inferiori ad suū superius vbi tā inferius ꝙ superius supponūt cōfuse et distributiue non valet ꝯña. vt sic arguendo. omnis homo currit. ergo omne animal currit.

¶ Alia regula est hec: arguendo ab inferiori ad suū superius in negatiuis: vbi tam inferius ꝙ superius supponunt confuse tantum vel determinate posita constantia inferioris cum suo superiori est cōsequentia bona. vt sic arguēdo. homo non currit/ et homo est aīal/ ergo aīal non currit. ¶ Et est constantia inferioris cum suo superiori vna ꝓpositio sumpta cū hoc verbo sum es fui. vt cōstantia istius termini hō est talis ꝓpositio homo est. et sic de aliis.

¶ Alia regula est hec: arguendo a superiori ad suū inferius negatiue vbi tā inferius ꝙ superius supponūt ꝯfuse et distributiue supiori existē. toto subiecto vl' p̄dicato añtis et inferiori existē toto subiecto vl' p̄dicato ꝯñtis olbus aliis terminis añtis et ꝯñtis existentibus eisdē vl' oino ꝯsilibus est ꝯña bona. vt sic arguendo nullū aīal currit ḡ nihil qd est homo currit. ¶ Sed arguendo a superiori per accidēs ad suū inferius affirmatiue: vbi tā inferius ꝙ superius supponūt cōfuse et distributiue nō vz ꝯña sine ꝯstātia. vt sic arguēdo: oē mouens est aīal/ ḡ oē currēs est aīal tm̄ cū ꝯstantia est bona ꝯña: et est syllogismus. vt sic arguendo: omne animal currit. ols homo est aīal/ ḡ ols hō currit. ¶ Et notandū q2 arguendo ab inferiori ad suum superius affirmatiue non reqritur ꝯstantia inferioris negatiue tm̄ reqritur ꝯstantia inferioris. ¶ Sed arguēdo a superiori ad suū inferius p acciñs affirmatiue reqritur cōstantia inferioris. arguēdo tm̄ negatiue nō reqrit ꝯstantia inferioris. ¶ Et notādū est q2 dupliciter dr̄ terminus inferior p se scz et per acciñs. Termini inferiores p acciñs sunt oēs termini singulares/ termini accidentales: et termini aggregati: sicut hō albus est terminus inferior isto termino hō: q2 oē se hñs p appōnē tā voce ꝙ signatiōe est inferius termino absolute sumpto: reliq termini inferiores dicunt termini inferiores p se.

¶ Alia regula est hec: arguēdo ab vno cōuertibili ad suū ꝯuertibile in suppōne psonali vno ꝯuertibile existēti toto subiecto vel predicato añtis et reliqua existēte toto subiecto vel predicato ꝯñtis olbus aliis terminis añtis et ꝯñtis existentibus eisdē vel omnino consimilibus est ꝯña bona: et econtra. vt sic arguendo: homo currit ergo risibile currit/ risibile currit ergo homo currit.

¶ Alia regula est hec: arguendo a tota copulatiua ad alterā eius partē principalē est ꝯña bona. vt sic arguendo. tu es aīal et tu curris: ergo tu curris. Sed ab vna parte principali copulatiue ad totam copulatiuam non valet consequentia. vt sic arguendo: tu es homo/ ergo tu es homo: et tu curris.

¶ Alia regula est hec a parte disiũctiue ad totã disiunctiuam est consequẽtia bona: vt sic arguendo: tu es homo: ergo tu es homo vel tu es animal. Sed arguendo a tota disiunctiua ad alteram eius partem non valet consequentia. vnde non sequitur: tu es homo vel tu es asinus: ergo tu es asinus.

¶ Alia regula est a tota tpali ad alterã eius partẽ est consequentia bona: vt sic arguendo. dum tu curris tu moueris: ergo tu curris. ¶ Itẽ a causali cum suo antecedente ad consequens eiusdem est consequentia bona; vt sic arguendo. quia tu es homo tu es animal: sed tu es homo ergo tu es animal.

¶ Alia regula est hec ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem affirmatiuam in terminis transpositis ꝛ in terminis rectis et in singulari numero cum verbo de presenti nõ de ampliatiuo est consequẽtia bona tanq̃ ab vno conuertibili ad suum conuertibile et econtra. vt sic arguendo: tantum homo currit: ergo omne currens est homo. ¶ Propositio exclusiua est illa cuius primus terminus in ordine probabilitatis est dictio exclusiua. ¶ Dictiones exclusiue sunt iste: tantum modo/solum/solummodo/precise: ꝛ duntaxat.

¶ Alia regula est hec a toto conditionali cũ antecedẽte ad cõsequẽs eiusdem: est consequentia bona. vt sic arguendo: si homo currit animal currit: sed homo currit: ergo animal currit. ¶ Item in omni bona consequentia ꝛ syllogistica ex opposito conclusionis cum maiore sequitur oppositũ minoris et econtra: vt sic arguendo. Omnis homo currit: tu es homo: ergo tu curris: est consequentia bona: quia ex opposito conclusionis cum maiore sequitur oppositum minoris. Unde sequitur tu non curris: ꝛ omnis homo currit; ergo tu non es homo.

¶ Alia regula est hec in omi consequentia syllogistica medio termino existente hoc aliquid: necesse extremo coniungi: hoc est medio termino existente termino discreto vel singulari/ maiore exterminate cũ minore in conclusione coniungi est necessarium: vt sic arguendo sortes non currit ꝛ sortes est homo ergo homo non currit. ꝛ debet argui in tertia persona.

¶ Alia regula est hec a toto cõditionali cũ opposito conclusionis ad oppositum antecedentis est consequentia bona. vt sic arguendo. Si homo currit animal currit. sed nullũ animal currit. ergo nihil quod est homo currit.

¶ Expliciunt Cõsequentie.

¶ Sequitur de Resolutionibus.

Ut testatur philosophus primo prioꝝ termin⁹ est ille in quem resoluitur propositio. id est diuiditur in predicatũ: ꝛ illud de quo predicatur. id est in subiectum. ꝛ hoc est siue sit affirmatiua siue negatiua. ¶ Terminus vero dicit dupliciter: scz mediatus ꝛ immediatus. Terminus vero immediatus dicitur dupliciter scilicet sub immediatus ꝛ super immediatus. Terminus sub immediatus est ille qui non habet inferius per qd potest probari scdm pbationẽ. vt termini demõstratiui. vt ego/tu/sui/ille/ipse/iste/hic/ ꝛ is. Et ppria nomina nõ appellatiue tenta vt iohannes/robertus/sortes/plato ꝛ similia. In quocunq̧ casu genere ꝛ nũero fuerint posita. Et aduerbia demõstratiua. vt hic illic istic ꝛ similia. ¶ Scdo modo terminus super immediatus est ille qui nõ habet superius per cõmunitatẽ per quod potest pbari. vt ens res aliquid ꝛ vnũ. Et verba substãtiua ꝛ eoꝝ participia. Ex quib⁹ pateri potest q̧ dupliciter contingit propositionẽ esse immediatã: scz quo ad sensũ vl' quo ad intellectũ. Quo ad sensum q nõ habet inferius per qd potest pbari. Et tales ppositiones singulares de simplici subiecto. q̃ ppõnes sũt immediate pnt pbari. ¶ Primo mõ per sensuz. vt talis est: ille loquit: audio

q̄ iste loquitur: ergo ille loquitur. ille sedet: & tango istum sedentē. ergo iste sedet. Et sic de omnibus alijs propositionibus immediatis quo ad sensum est dicendū: vt sic p sensum probauimus. Secundo modo possunt tales propositiones singulares probari per eorum contradictoria vt probando q̄d ego sedeo: per hoc q̄ eius cōtradictorium est falsum: videlicet ego non sedeo: ergo hoc est verum q̄ ego sedeo: & sic de alijs. ¶ Tertio probatur per eius vniuersale cum debito medio: vt sic arguēdo: omnis homo currit/sortes est homo/ergo sortes currit. & sic de alijs. ¶ Sed ꝓpositi immediate quo ad intellectum est illa que non habet superius secundum communitatem per quod potest probari vt aliquid est: & sic de alijs.

¶ Propositio singularis affirmatiua nō imediata ha-

bet probari per primum terminum in ordine probabilem secundum intellectum debitum anteq̄ termini posterioris probabilitatis officium explicetur cū ordo terminorum est specialiter attendēdus. Ut ab homine differs: sic habet resolui. Tu ab hoc differs/& hoc est homo/ergo tu ab homine differs. ¶ Propositio singularis negatiua non immediata habet consimiliter probari per primum terminum in ordine probabilem cum debito medio: vt ab tu homine nō differs habet sic resolui. Tu ab hoc nō differs/& hoc est homo/ergo tu ab homine nō differs. ¶ Similiter tu ab homine differebas sic resoluitur. Tu ab hoc differebas/& hoc est vel fuit homo/ ergo tu ab homine differebas. ¶ Similiter tu ab homine differes sic resoluitur. Tu ab hoc differes: & hoc est vel erit homo/ergo tu ab homine differes. ¶ Similiter tu ab homine potes differre sic resoluitur. Tu ab hoc potes differre/ & hoc est vel potest esse homo/ ergo tu ab homine potes differre.

¶ Et oēs singulares negatiue nō immediate simili-

ter probantur: vt ab homine non incipis differre sic resoluitur. Tu ab hoc nō incipis differre/& hoc est vel incipit esse homo/ergo ab homine non incipis differre. ¶ Omnes singulares quarum subiecta sunt termini multum compositi consimiliter: vt indiffinite ꝓbari habēt: vt ille hō albus currit/hoc currit/& hoc est iste homo albus/ergo iste hō albus currit. ¶ Terminus mediatus est ille terminus habēs mediū vel media per q̄d vel per que pōt ꝓbari. Et dr̄ tripliciter: sc3 resolubilis/exponibilis/& officialis. Terminus resolubilis est ois terminus cōis supponēs determinate p re existente vel nō existēte in ꝓpositione affirmatiua nō immediata: cuius predicatū nō impedit subiectū. vt est in ista ꝓpositiōe. hō est mortuus. hic enim ꝑdicatū impedit subiectum. ¶ Sed in negatiua pro re existente est resolubilis. & nō aliter.

¶ Ois indiffinita affirmatiua vel particularis affir-

matiua cuius subiectū supponit determinate/vel personaliter/h3 resolui per duo demonstratiua. vt ille homo currit. hoc currit & hoc est homo. ergo homo currit. Ita q̄ ille terminus rōne cuius illa ꝓpositio resoluitur/demat in prima resoluēte. & in loco eius ponat hoc pronomē hoc/& in scd̄a resoluēte hoc pronomen hoc erit subiectum. & terminus demptus erit ꝑdicatū cuius copula erit hoc verbū sum/es/est. ¶ Si sit propositio de presenti & non de ampliatiuo/sicut patet in exemplo predicto. exemplū de obliquis. Ut alicuius hoīs seruus est bonus. sic resoluitur. huius seruus est bonus. et hic est aliquis homo. ergo alicuius hoīs seruus est bonus. Exemplū datiui. respōdēti cōcluditur. sic resoluitur. huic cōcluditur: & hic est rn̄dens: ergo rn̄denti concluditur ¶ Exemplū accusatiui. vt mulierē amat homo. sic resoluitur. hanc amat homo. & hec est mulier. ergo mulierem amat homo. ¶ Exemplū ablatiui. vt ab hoīe tu differs sic resoluitur. ab hoc tu differs. & hoc est homo/ergo ab homine tu differs. Ita q̄ semper subiectum prime resoluentis erit eiusdē casus generis & numeri cum termino ratiōe cuius ꝓpositio resoluitur.

¶ Ois ꝓpō parti. vel idiffi. affirmatiua/cuius pricipale

vbū est de pterito d3 resolui eodē mō sicut ꝓpō de pn̄ti ꝑterq̄ in scd̄a resoluēte illius particularis vel indiffinite affirmatiue. vbi d3 poni hoc vbū fuit. & hoc vbū est. cū disiūctiua media. vt aliqs puer fuit senex. sic resoluit. hoc fuit senex & hoc est vel fuit puer: ergo aliqs puer fuit senex. Et sic de futuro & ꝑbis ápliatiuis est dicendū [illegible] ꝓpo-

tionalibus: vt hō pōt currere sic resoluit̄. hoc pōt currere et hoc est vel potest esse hō: ergo homo potest currere. ¶ Siliter hō incipit currere sic resoluit̄: hoc incipit currere: ⁊ hoc est vel incipit esse homo: ergo homo incipit currere. ¶ Exemplum in plurali: vt animalia currunt sic resoluitur: hec currūt ⁊ hec sunt animalia. ergo animalia currunt. ¶ Exemplum genitiui: vt aliquorum cōtradictoriorum alterum est verum sic resoluitur: horum alterum est verum: ⁊ hec sunt contradictoria: ergo aliquoꝝ contradictoriorum alterū est verū. ¶ Exemplum datiui: vt hominibus obuiatur sic resoluitur. his obuiatur. ⁊ hi sunt homines. ergo hominibus obuiatur.

¶ Alia regula est hec a resoluentibus sufficienter sumptis ad resolutum cuius sunt resoluentes est consequentia bona. et non econtra/ nisi sit gratia terminorum. Ut bene sequitur. hoc currit. ⁊ hoc est homo. ergo homo currit: ⁊ tamen non sequitur econtra. homo currit. et hoc est homo. ergo hoc currit. quia in casu possibili posito antecedens potest esse verum ⁊ consequens falsum.

¶ Termin⁹ cōmunis supponens determinate a parte predicati sequitur naturam verbi de preterito vel de futuro. ⁊ ideo nō geminabit secundam resoluentem. Ut hoc erit animal sic resoluitur. hoc erit hoc. ⁊ hoc erit animal/ ergo hoc erit animal. Et sic de preterito ⁊ de futuro ⁊ de quocunq verbo ampliatiuo est dicendū. ¶ Propositio particularis vel indiffinita affirmatiua cuius predicatum impedit subiectum. vt termini priuatiui nō habēt resolui. sed probari modo suo. vt homo est mortuus sic probatur. ille homo est mortuus. ergo homo est mortuus. antecedens probatur sic. iste homo non est sed fuit. ergo ille homo est mortuus. et sic de aliis terminis priuatiuis est dicēdum. ¶ Secundo propositio particularis vel indiffinita affirmatiua habet probari p eius subalternantē. vt homo currit sic probatur. omnis homo currit. ergo homo currit. consequentia patet a subalternante ad suā subalternatā. Et semp vniuersalis vocat̄ subalternās: ⁊ pticularis subalternata. ¶ Tertio modo probatur particularis vel indiffinita affirmatiua ab equo vel a suo conuertibili: vt animal rationale currit. ergo homo currit. ¶ Quarto modo probat̄ propositio particularis vel indiffinita affirmatiua per oppositū. vt probando q homo currit. per hoc q eius contradictorium est falsum. videlicet nihil quod est homo currit. ergo hoc est verum q homo currit. ꝯña patet per illam regulam. Lex et natura contradictoriarum. ⁊c̄.

Propositio particularis vł indiffinita negatiua quadrupliciter probat̄. ¶ Primo a priori: vt p eius vniuersalem subalternantem. vt sic arguendo. nemo currit. ergo homo non currit. vel nullum animal currit. ergo animal non currit. per quem modum probādi patere potest q talia particularia sunt vera. aliquis homo qui est asinus nō est asinus differens ab ente non est ens: aliqua res voluta a chymera non est res voluta a chymera. ¶ Omniū vero illarū propositionū subalternante ex quibus sequunt̄ sunt vere: ⁊ per ꝯñs iste sunt vere. Secundo modo particularis vel indiffinita negatiua potest probari a posteriori: vt per eius resoluentes sicut dictū est de propositione particulari vel indiffinita affirmatiua: vt homo nō currit sic probatur: hoc nō currit: ⁊ hoc est homo: ergo homo nō currit. Et sic de aliis dicat̄ preterq̄ in particulari negatiua cuius subiectum supponit pro re non ente: vt chymera non est: que particularis probari debet per eius subalternantem sic nulla chymera est: ergo chymera nō est: et sic de aliis dicatur. ¶ Tertio modo probatur particularis negatiua ab equo. id est per eius conuertibile: vt equus non currit sic probatur. hinnibile non currit. ergo equus nō currit. ¶ Quarto modo probatur particularis negatiua indirecte: hoc est per ei⁹ contradictorium: vt homo non currit sic probatur. hoc est falsum q omnis homo currit. ergo hoc est verum q homo non currit.

¶ Exemplū de aduerbiis: vt alicubi lucet sol: sic resoluitur. ibi lucet sol. ⁊ ibi est alicubi. ergo alicubi lucet sol. ¶ Aliquādo erit antichrist⁹. sic resoluitur. tunc erit antichristus. ⁊ tunc est vel erit aliquando. ergo erit antichristus.

Aliqualiter velociter currit sortes: sic resoluitur: sic currit sortes: et sic est aliqualiter velociter. ergo aliqualiter velociter currit sortes. Sapienter loquitur iste homo: sic resoluitur: sic loquitur iste homo: ⁊ sic est sapiēter. ergo sapienter loquitur est homo. ¶ Ante A veniet B: sic resoluitur: tunc veniet B: ⁊ tunc est vel erit ante A. ergo ante A veniet B.

Uniuersalis affirmatiua habet exponi per suā subalternam et per vniuersalem negatiuam de simili subiecto et copula. ¶ Sed cum predicto opposito ad predicatum oppositionis probande: vt omne animal mouetur: sic exponitur: animal mouetur: ⁊ nullum est animal non motum. ergo omne animal mouetur. hic tamē modus exponēdi in obliquis non est vniuersaliter bonus. ¶ Exemplum quomodo exponitur propositio cum isto termino quin. Ut omnis propositio habet cōtradictorium: sic exponitur: aliqua propositio habet contradictoriū: ⁊ nulla est propositio quin illa habet cōtradictoriū ergo omnis propositio habet contradictoriū. Ita q̄ iste terminus quin ponatur immediate post illum terminum qui recipit distributionem: vt patet in exemplo predicto. ¶ Exemplū de vniuersali affirmatiua in singulari numero ⁊ in obliquo: vt cuiuslibet hominis oculus est dexter: sic exponitur. alicuius hominis oculus est dexter: et nullius est homo quin illius oculus est dexter: ergo cuiuslibet hominis oculus est dexter. Ita q̄ iste terminus relatiuus sit in eodem casu/ eodē genere: ⁊ numero cum termino qui recipit distributionem: vt patet in exemplo predicto. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto subiecto in recto ⁊ in singulari numero: vt omnis homo vel asinus est asinus. sic exponitur: homo vel asinus est asinus: et nihil est homo vel asinus quin ille est asinus. ¶ Exemplū de vniuersali affirmatiua de disiuncto subiecto in obliquo: ⁊ in singulari nūero: vt ista propositio: ab omni homine vel asino homo differt: sic exponitur: ab omni homine vel asino homo differt: ⁊ nihil est homo vel asino quin ab illo homo differt. ergo ab omni homine vel asino homo differt. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiuncto predicato: vt illa propositio: omnis homo est homo vel asinꝰ: sic exponitur: homo est homo vel asinus: ⁊ nihil est homo quin illud homo vel asinus: ergo omnis homo est homo vel asinus. ¶ Exemplum de preterito in singulari numero: vt omnis homo currebat: sic exponitur: homo currebat: et nihil est nec fuit homo quin illud currebat. ergo omnis homo currebat. ¶ Exemplum de futuro in singulari numero: vt omnis homo curret. sic exponitur: homo curret: ⁊ nihil est nec erit homo quin ille curret. ergo omnis homo curret. ¶ Exemplum de hoc verbo potest: vt cuiuslibet contradictionis altera pars potest esse vera. sic exponitur: alicuiꝰ cōtradictionis altera pars potest esse vera: ⁊ nulla est nec potest esse contradictio quin illius altera pars potest esse vera: ergo cuiuslibet contradictionis altera pars potest esse vera. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in aliquo respectu preteriti tēporis: vt cuiuslibet hominis vel asini caput fuit: sic exponitur: alicuiꝰ hominis vel asini caput fuit: et nihil est nec fuit homo vel asinus quin illiꝰ caput fuit ergo ⁊c. ¶ Exemplū de vniuersali affirmatiua in recto ⁊ in plurali numero: vt omnes propositiones habent contradictoria: sic exponitur: alique propositiones habēt contradictoria: ⁊ nulle sunt propositiones quin ille habent contradictoria: ergo. ⁊c. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in obliquo et in plurali numero: vt omnium contradictoriorum alterū est verum: sic exponitur: aliquorum contradictorium alterum est verum: ⁊ nulla sunt contradictoria quin illorum alterum est verum. ergo. ⁊c. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de copulato subiecto in recto ⁊ plurali numero: vt omnis homo ⁊ duo homines sunt tres. sic exponitur: homo et duo homines sunt tres: et nihil est homo et duo homines quin illi sunt tres: ergo ⁊c. ¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua de disiūcto subiecto in plurali numero: vt omnes homines vel asini sunt asini: sic exponitur: homines vel asini sunt asini: et nulli sunt homines vel asini quin illi sunt asini. ergo. ⁊c. ¶ Exemplum de preterito in plurali numero ⁊ in recto: vt omnes homines currebant: sic exponitur: homines currebant: ⁊ nulli sunt vel fuerunt homines quin illi currebant: ergo. ⁊c.

¶ Exemplum de vniuersali affirmatiua in qua ponuntur duo termini communes a parte subiecti quorũ vnus est subiectũ et alius predicatum: vt omnis homo homo est. sic exponitur. homo homo est/ ⁊ nihil est homo quin illud homo est. ergo. ⁊c. Quia primus terminus homo distribuitur solum. ¶ Exemplũ de vniuersali affirmatiua in qua duo termini cõmunes ponuntur a parte subiecti et sunt distributi. vt omnis homo omnis homo est. sic exponitur. homo omnis homo est/ ⁊ nihil est homo quin illud omnis homo est. ergo. ⁊c.

¶ Exemplũ de vniuersali affirmatiua in qua a parte subiecti rectus precedit obliquũ vt ipsum regens ⁊ tunc totũ aggregatũ ex recto ⁊ obliquo distribuitur. vt quilibet asinus hominis currit. sic exponitur. asinus hominis currit/ ⁊ nullus est asinus hominis quin ille currit. ergo. ⁊c.

¶ Pro quo notandum est q̃ quãdo rectus precedit obliquũ a parte subiecti ipsum regẽs: tunc totũ aggregatũ ex recto ⁊ obliquo est subiectum distributum. vt patet in exemplo immediate precedente. ¶ Sed quando obliquus precedit rectum regentem obliquum: tunc solum obliquus distribuitur. vt patet in illa propositione. cuiuslibet hominis asinus currit. in qua solum ille terminus omnis distribuitur.

¶ Nota q̃ arguẽdo ab exponẽtibus sufficienter sumptis ad expositũ cuius sunt exponentes est consequentia bona. ⁊ econtra semper.

¶ Secundo modo probatur vniuersalis affirmatiua per eius singulares sufficienter sumptas. vt omnis homo currit. sic pbatur ille homo currit. ⁊ ille ⁊ ille: ⁊ sic de singulis. ergo. ⁊c. ⁊ consimiliter de omnibus vniuersalibus dicatur.

¶ Singulare alicuius vniuersalis est illud quod remanet dẽpto signo vniuersali: ⁊ in loco eius pnoie demõstratiuo posito. vt oẽ animal iacet. eius singulares sunt iste. hoc aial iacet. ⁊ hoc aial iacet. ⁊ sic de singulis.

¶ Tertio modo pbat̃ vniuersalis per ei9 cõuertibile vt ois homo ambulat. sic potest probari. oẽ aial rationale ambulat. ergo. ⁊c.

¶ Quarto modo probatur vniuersalis per eius contradictorium. vt omnis homo est animal. probatur sic. quia eius contradictorium est falsum. homo non est animal. ergo hoc est verum q̃ omnis homo est animal: et sic est de aliis dicendum.

¶ Sequitur de contradictoriis ppõnum vniuersaliũ

¶ Pro quo sciendũ est q̃ qñdocunq; est aliqua propositio vniuersalis affirmatiua habens aliquam propositionem particularem vel indiffinitam sibi contradicentem oportet q̃ subiecta istarũ propositionũ supponant precise et pro eisdẽ ⁊ predicata similiter: ita. q̃ subiecta illarũ propositionũ supponant contradictorio modo ⁊ pdicata similiter. ita q̃ ille terminus qui in vniuersali affirmatiua supponit cõfuse ⁊ distributiue vel sibi consimilis in particulari negatiua supponit determinate. ⁊ q̃ ille terminus q̃ in vniuersali affirmatiua supponit ɔfuse tantũ/ vel sibi consimilis in particulari negatiua supponit confuse ⁊ distributiue: vt omnis homo est animal/ et aliquid est quod est homo non animal. Ideo ista non sunt contradictoria. omnis homo homo est/ et aliquid qđ est homo homo non est. propter regulam predictam/ quia ille vltimus terminus homo in vniuersali affirmatiua supponit confuse tantum. tamen nec ille nec aliquis terminus sibi consimilis in particulari negatiua stat confuse ⁊ distributiue. Ideo qñcunq; est aliqua propositio vniuersalis affirmatiua in qua ponuntur duo termini communes ante principale verbum eiusdem ppositionis in particulari negatiua sibi contradicenti debet negatio poni inter illos duos terminos cõmunes. vt ista sunt cõtradictoria. omnis homo homo est. ⁊ aliquid quod est homo non homo est. Similiter ista sunt contradictoria. cuiuslibet hominis caput est/ ⁊ alicuius hominis caput non est. ⁊c.

¶ Quandocū[que] in aliqua vniuersali affirmatiua ponātur duo termini cōmunes distributi ante principale verbum in particulari negatiua sibi contradicenti: debet negatio poni immediate post primū terminū distributū ⁊ ante secundum vniuersale. Ut contradictoriū istius omnis homo omnis homo est. est hoc. Aliquod quod est homo non omnis homo est. ¶ Et contradictorium istius propositionis. omnis homo ab omni homine differt/est hoc. aliquod quod est homo non ab omni homine differt.

¶ Et quandocū[que] est aliqua propositio vniuersalis negatiua in qua ponūtur duo termini communes per signa vniuersalia negatiua distributi ante principale verbum tunc demattur primū signum vniuersale: et in loco eius ponatur signum particulare in sensu debito conueniens: ⁊ erit eius contradictorium. vt contradictorium istius. Nullus homo nullus homo est. est hoc. Aliquis homo nullus homo est.

¶ Quandocū[que] est aliqua propositio singularis affirmatiua de subiecto multum composito / eius contradictorium debet dari per vnam negationem totaliter prepositam. vt contradictoriū istius. ille homo albus currit/est hoc: non ille homo albus currit. ⁊ sic de aliis.

Nunc sequitur de aduerbiis exponētibus. Uerbi gratia vt sic. Ubicū[que] ē sol ibi est luna. Sic exponit[ur]. Alicubi vbi est sol/ibi luna est: sed nō alicubi est sol q[uin] ibi est luna. ergo. ⁊c. ¶ Quandocun[que] sortes veniet plato veniet. Sic exponitur. Aliquando quando sortes veniet plato veniet: ⁊ non aliquā[n]do Sortes veniet tunc Plato veniet. ergo. ⁊c. ¶ Qualitercū[que] ego moueor tu moueris. Sic exponitur. Aliqualiter qualiter ego moueor tu moueris: et non aliqualiter ego moueor tu moueris/ et non aliqualiter ego moueor quin taliter tu mouearis. ergo. etc. Et ita de omnibus aliis aduerbiis exponibilibus est dicendum.

¶ Infinite magnus est sortes. Sic exponit[ur]. Aliqualiter magnus est sortes: ⁊ est dare gradum magnitudinis finitū quin sortes excedit illum in magnitudine ergo. ⁊c. ¶ Et sic bono veloci ⁊ propinquo/de omni denominatione in qua possibilis potest fieri comparatio.

¶ Similiter isti termini finitum ⁊ infinitum habent exponi cum expositionibus proportionalibus: vt Infinita sunt finita. Sic exponitur. Aliquanta sunt finita/et non tot sunt finita quin in duplo in triplo ⁊ in quadruplo plura illis sunt infinita. Ergo infinita sunt finita. ¶ Immediate post tempus quod est presens sortes mouebitur. sic exponitur per suam preiacentem et per vniuersalem negatiuam debite proportionatam. Unde sic exponitur post tempus q[uo]d est presens. s. mouebitur/⁊ nullum est nec erit tempus post tempus q[uo]d est presens: quin inter illud t[em]p[u]s ⁊ tēpu[s] quod est presens. S. mouebitur. ergo. ⁊c. ¶ Immediate ante tempus q[uo]d est presens homo currebat. sic exponitur ante tempus q[uo]d est presens homo currebat: ⁊ nullum est nec fuit tempus ante hoc tempus quod est presens quin inter illud t[em]p[u]s ⁊ tempus quod est presens homo currebat. ergo. ⁊c. ¶ Immediate ante B fuit A/sic exponit[ur]. Ante B fuit A/⁊ nullū fuit t[em]p[u]s ante B tempus quin inter illud tēpus ⁊ B tēpus fuit A. ergo. ⁊c. ¶ Immediate post C erit D. sic exponitur. post C erit D. et nullū erit tēpus post C tempus quin inter illud tempus ⁊ C erit D. ergo immediate post C erit D. ⁊c.

¶ De exponibilibus.

Uniuersalis negatiua quadrupliciter habet probari. scilicet A priori/a posteriori/ab equo et indirecte. id est ex opposito. vt nihil quod est homo est asinus. A priori sic probatur. Nullum animal est asinus. ergo nihil quod est homo est asinus. ¶ A posteriori. vt per eius singulares. vt sic arguendo. iste homo non est asinus/nec iste nec iste. et sic de singulis. ergo nihil quod est homo est asinus. ¶ Ab equo. hoc est a suo conuertibili: vel per suam conuersam. vt nullus asinus est homo/ergo nihil quod est homo est asinus/vel a diffinitione/vel a quocunq; conuertibili. ¶ Quarto modo probatur vniuersalis negatiua per dationem sui oppositi. vt nulla substantia est accidens. probatur sic. per hoc ꝙ eius cōtradictorium est falsum. scilicet aliqua substantia est accidens. Per quem modum probandi patuit/ꝙ ille propositiones sunt vere. Nihil ⁊ chimera sunt fratres carnales. Nihil ⁊ chimera sunt maximi domini Anglie. Nihil ⁊ chimera sunt fures ⁊ latrones. ¶ Omnium enim istarum propositionum contradictoria sunt falsa. Unde notādum ꝙ nulla vniuersalis negatiua habet exponi vel resolui/sed probari quattuor modis. vt supra dictū est. ⁊c.

¶ Dictiones exclusiue sunt iste. tantum/tantummodo/solum/solummodo/precise/duntaxat. Et quilibet exclusiua affirmatiua in qua terminus exclusiuus tenet primum ordinem/debet exponi per eius preiacentem/ et per vniuersalem negatiuam de subiecto opposito/de consimili predicato ⁊ copula. vt tantum homo currit: sic exponitur. homo currit/et nihil non homo currit. ergo tantum homo currit. ¶ Preiacens exclusiue est illud quod remanet dempta dictione exclusiua. vt homo currit est predicte exclusiue. ¶ Exemplum de preterito. vt tantum homo currebat. sic exponitur. homo currebat/et nihil non homo currebat. ergo. ⁊c. ¶ Exemplum de futuro. vt tantum homo curret. sic exponitur. homo curret/⁊ nihil non homo curret. ergo. ⁊c.

¶ Exclusiua negatiua habet exponi per eius preiacē tem: ⁊ per vniuersalem affirmatiuam de subiecto posito ad subiectum propositionis probande ⁊ de consimili predicato ⁊ copula vt tantum homo non currit. sic exponitur. homo non currit: et quilibet non homo currit. ergo. ⁊c. ¶ Exemplum de futuro. vt tantū homo nō curret. sic exponitur. homo non curret/⁊ quilibet non homo curret. ergo. ⁊c. ¶ Aliqui tñ exponunt exclusiuam cum isto termino aliud in secunda exponente. vt tantum homo currit. sic exponitur homo currit/et nihil aliud ab homine currit. ergo. ⁊c. ¶ Et licet ille modus est bonus cū verbo de presenti non ampliatiuo/cum verbo tamen de preterito/vel de futuro vel ampliatiuo non tenet generaliter ille modus arguendi. Ideo dematur/et teneatur primus modus. Exclusiua cuius subiectū est terminus numeralis. numeraliter dupliciter potest exponi. scilicet ratione alietatis/⁊ ratiōe pluralitatis. vt tantum quattuor homines currunt. Ratio pluralitatis sic exponitur. quattuor homines currunt/⁊ non plures ꝙ̄ quattuor. ergo. ⁊c. Ratione alietatis sic exponitur. quattuor homines currunt/et nulli alij ꝙ̄ quattuor homines. ergo. ⁊c. ¶ Opposita vero exclusiuarū affirmatiuarū/siue negatiuarū per negationē totaliter prepositam generaliter dari debent que opposita per contradictoria exponentiū exclusiuarū/quarum sunt opposita tanꝙ̄ per suas causas varietatis verificari habent/⁊ si vna causa veritatis oppositi exclusiue sit vera/tunc illud oppositum exclusiue est verum: ⁊ arguendo ab vna causa veritatis ad illud cuius est causa: est cōsequētia bona: ⁊ non econtra. Uerbi gratia. oppositū istius: tm̄ homo currit est hoc/non tantum homo currit. quod est verificabile per duo contradictoria exponētium istius exclusiue affirmatiue. vt nihil quod est homo currit. vel aliquid non homo currit. ¶ Et sicut exponentes exclusiue affirmatiue ad eius probationem copulatiue sumuntur. Ita contradictoria exponentium ad probationē oppositi exclusiue disiunctiue sumuntur cum cuiuslibet copule cōtradictorium sit vna disiunctiua facta ex opposito partium: ⁊ econtra. vt iam de isto dictum est. ⁊ ita de alijs est dicendum.

¶ Propositio exclusiua in qua terminus exclusiuus ponitur immediate ante principale verbū/vel immediate ante predicatū. Aliter exponitur: quam cum tenet primū ordinem. verbi gratia. vt tu tm̄ curris. sic exponitur tu curris et non tu non curris. ergo &c. Eodem modo tu es tm̄ currens sic exponitur tu es currens/et nō tu es nō currens. ergo tu es tantū currens. Tu tm̄ non es asinus sic exponit. tu non es asinus et tu es quodlibet non asinus. ergo. &c. Precise sicut est ꝓpositio vera significat. sic exponitur. sicut est propositio vera significat: et non sicut non est ꝓpositio vera significat. ergo. &c. ¶ Opinio est hic tamen quod dictio exclusiua ꝑcedens verbū immediate excludit actū oppositū a subiecto. vt tu tātum vides. sic exponitur. tu vides et non aliud facis quam vides: ergo tu tantū vides. Sed post verbū excludit solūmodo actū oppositum predicati. vt tu diligis tm̄ hominē. sic exponit. tu diligis hoīem et nō diligis nō hoīem. ergo. &c. ¶ Sic refert dicere. tu diligis tantum hominē/et tu tm̄ diligis hoīem. Uel quando terminus exclusiuus immediate precedit verbū exponitur cū illo termino plus. vt tu tm̄ es sedens. sic exponitur. tu es sedens/et tu es nō plus quam sedens. ergo. &c. Et sic de alijs est dicēdum. Et sciendū est quod quandocunque arguitur ab inferiori ad suū superius dictiōe exclusiua addita inferiori et superiori est ꝯña bona tā a parte subiecti/quam a parte predicati. Exēplū a parte subiecti. vt tm̄ homo currit. ergo tm̄ aīal currit. Exemplū a parte ꝑdicati. vt hō est tantū currens. ergo hō est tm̄ mouens. ¶ Secūda regula est hec. arguēdo ab inferiori ad suum superius a parte ꝑdicati dictione exclusiua addita subiectis. non valet ꝯña. vt tm̄. s. currit/ergo tm̄ sortes mouetur. ¶ Tertia regula est hec quandocunque arguit ab exclusiua ad suū preiacens est ꝯña bona. vt tm̄ hō currit/ergo hō currit. ¶ Quarta regula est hec arguendo ab exclusiua ad suū vniuersale in terminis transpositis et in terminis rectis in singulari nūero cū verbo de p̄nti nō ampliatiuo est ꝯña bona vt tm̄ hō est risibile/ergo oē risibile est hō. ¶ Et sciendū est quod ad hoc quod aliqua ꝓpō sit vniuersalis alicuius exclusiue requiritur quod subiectū eiusdē vniuersalis/ vel sibi simile sit predicatū exclusiue. Ita tm̄ quod subiectū exclusiue et ꝑdicatū vniuersalis eodē mō precise: et pro eisdē supponāt. vt quilibet hō currit. ergo tm̄ currens est hō masculus. ¶ Nota quod cōtradictoriū exclusiue/siue affirmatiue/siue negatiue ꝑ negationē totaliter ꝑpositā dari dz. vt ꝯtradictoriū istius tm̄ hō currit. est hoc nō tm̄ hō currit.

In omni exceptiua affirmatiua cuius pars extra capta ponitur a parte subiecti.

¶ Prima exponens erit illud quod remanet dēpta dictione exceptiua/ et in loco eius sola negatione posita et secūda exponens erit vniuersalis negatiua cuius subiectum erit pars extra capta et ꝑdicatū erit cōsimile ꝑdicato ꝓpositionis probande. vt oīs hō preter. s. currit. sic exponit. oīs hō nō. s. currit. et nihil quod est. s. currit. ergo. &c. et sic de preterito et de futuro et de posse cū exponentibus ꝓportionalibus dicat. ¶ In omni exceptiua affirmatiua cuius pars extra capta ponitur a parte ꝑdicati. ¶ Prima exponēs erit illud quod remanet dempta dictione exceptiua et in loco eius sola negatione posita. et secunda exponens erit negatiua cuius subiectū erit consimile subiecto propositionis probande et predicatū erit pars extra capta. vt tu es omīs homo preter. s. sic exponitur. tu es omnis homo non. s. et tu non es. s. ergo. &c.

¶ In omni exceptiua negatiua cuius pars extra capta ponitur a parte subiecti prima exponens erit illud quod remanet dempta dictione exceptiua et in loco eius sola negatione posita. Et secunda exponēs erit affirmatiua cuius subiectū erit pars extra capta et predicatum erit cōsimile predicato propositionis probande. vt nullus homo preter sortem currit. sic exponitur. nullus homo non. s. currit. et sortes currit. ergo. &c.

¶ In omni exceptiua negatiua cuius pars extra capta ponitur a parte predicati. prima exponens erit illud quod remanet/dempta dictione exceptiua/et in loco eius sola negatione posita. Et secunda exponens erit affirmatiua: cuius subiectum erit consimile subiecto propositionis ꝓbande: et pars

extra capta erit predicatum: vt tu non eris aliquis homo preter sortem: sic exponitur. tu non eris aliquis homo non sortes: ⁊ tu eris sortes. ergo ⁊c̃.

¶ Pars extra capta vocatur terminus immediate sequens dictionem exceptiuam. Exemplum de exceptiua affirmatiua in plurali numero: vt omnes homines preter C ⁊ P currunt. sic exponitur. omnes homines quorum nullus est C nec P currunt: et nec C nec P currit. ergo ⁊c̃. Exceptiue negatiue in plurali numero. vt exceptiue negatiue in singulari numero exponi habẽt: vt nulli homines nisi E ⁊ F currunt: sic exponitur. nulli homines non E et F currunt. et E et F currunt. ergo ⁊c̃.

¶ Et sciendum q̈ differẽtia est inter istos tres terminos/ preter/ preterq̈/ ⁊ nisi. Quia duo primi excipiũtur indifferenter tã in exceptiua affirmatiua q̈ in exceptiua negatiua. Sed iste terminꝰ nisi solum accipitur negatiue. ¶ Et nota q̈ in omni exceptiua propria quattuor requiruntur scilicet preiacens exceptiue/ subiectum preiacentis/ pars extra capta: et illud cuius respectu fit exceptio. Preiacens exceptiue est illud quod remanet dempta dictione exceptiua cũ parte extra capta. vt omnis homo currit: est preiacens istius exceptiue: oĩs homo preter sortẽ currit. Pars extra capta est illud qꝺ excipit̃ ꝑ dictionẽ exceptiuam: vt pars extra capta istius. omnis homo preter E currit. est ille terminus E.

¶ Alia regula est hec: omnis exceptiua propria repugnat suo preiacẽti: vt iste propositiones repugnant. omnis homo preter E currit: et omnis homo currit: quia ex vna sequitur oppositum alteriꝰ: quia sequitur omnis homo preter E currit. ergo aliquid quod est homo non currit. ¶ Alia regula est hec: ab exceptiua ad eius exponens est consequentia bona: vt omnis homo preter E currit. ergo omnis homo non E currit. ⁊ E non currit: ⁊ econtra.

¶ Alia regula est hec: omnis propositio in parte vera et in parte falsa potest verificari per exceptionem partis false: et est propositio in parte vera ⁊ in parte falsa: quando habet alias singulares veras et alias singulares falsas: vel aliam singularem veram: vel aliam singularem falsam: vt pono q̈ omnis homo alius a sorte currit: tũc hec propositio. oĩs homo currit: est in parte vera et in parte falsa: ⁊ potest verificari per exceptionem partis false. vt oĩs homo preter sortem currit.

¶ Alia regula est hec: si tot excipiuntur quot supponũtur est exceptiua impropria: vt oĩs hõ preter oẽm hoĩem currit: est exceptiua impropria: q2 tot excipiunt̃ quot supponũt̃. ¶ Similiter est exceptiua impropria qñ exceptio fit a parte predicati. vt tu es oĩs homo preter sortẽ: vel qñ exceptio non fit in propositione vniuersali: vel quando pars extra capta non continetur sub subiecto preiacentis. vt omnis homo preter sortem currit. dato q̈ sortes non sit.

¶ Alia regula est hec: in omni exceptiua negatiua predicatũ dr̃ de pte extra capta: ⁊ remouet̃ a subiecto ꝑiacẽtis. vt nullꝰ hõ preter sortẽ currit: currẽs dr̃ de sorte: ⁊ remouet̃ ab oĩ hoĩe nõ sorte ꝯtento sub subiecto ꝑiacẽtis.

¶ Alia regula est hec: in omni exceptiua affirmatiua predicatũ dicit̃ de subiecto preiacentis et remouet̃ a parte extra capta: vt omnis homo preter sortem currit: currens dicitur de omni homine: ⁊ remouet̃ a sorte.

¶ Alia regula est hec: ab exclusiua affirmatiua ad exceptiuam negatiuam in eisdem terminis est consequentia bona: vt tantum sortes currit: ergo nihil preter sortem currit.

¶ Alia regula est hec: ab exceptiua negatiua ad exclusiuam affirmatiuã est ꝯña bona in eisdẽ terminis: et econtra. vt nihil ꝑter sortẽ currit: ergo tantum sortes currit. ⁊ tm̃ sortes currit: ergo nihil preter sortem currit.

De exponibilibus.

¶ Tu cares equo sic exponitur.

¶ Tu es ⁊ equus est: et tu non habes equum: ergo tu cares equo. Tu es absqȝ equo similiter habet exponi. ¶ Tu priuaris equo. sic exponitur. tu es ⁊ equus est. ⁊ tu nō habes equum: sed habuisti. ergo tu priuaris equo. Et omnes illi termini in plurali numero omnino exponuntur vt in singulari.

¶ Hoc est vnum maximum ꝙ sortes sufficit portare: sic exponitur. hoc est vnum magnum quod sortes sufficit portare: et nullum maius hoc sortes sufficit portare: sed quodlibet eo minus. ergo. ⁊c. et sic de preterito et de futuro cum exponentibus proportionalibus est dicendum. ¶ Et similiter de istis terminis minimum ꝙ / intensissimum ꝙ / fortissimum ꝙ / debilissimū ꝙ. ⁊c. primum instans in quo vltimum instans in quo: ⁊ ita de alijs est dicendum.

¶ Hoc est vnum maximum ꝙ sortes non sufficit portare: sic exponitur. hoc est vnum magnum quod sortes non sufficit portare: nec aliquod precise tantū: sed quodlibet minus hoc: vel cuilibet minore hoc aliqd equale sortes incipit portare. ⁊c. ergo. ⁊c. Et ita de preterito ⁊ futuro: ⁊ de talibus terminis minimum ꝙ non / intensissimum ꝙ non. ⁊c.

¶ Tamen illa propositio: hoc erit primum instans in quo antichristus non poterit esse. sic exponitur.

¶ Hoc est vnū pridem instans in quo antichristus non poterit esse: nec in aliquo posteriori: sed immediate ante hoc instans antichristus poterit esse. ergo. ⁊c. ¶ Item hoc est vltimum instans / in quo antichristus non poterit esse. sic exponitur. hoc est vnum tardum instans in quo antichristus non poterit esse: nec in aliquo priore: sed immediate post hoc instans antichristus poterit esse. ergo. ⁊c. Tu contingēter es. sic exponitur. tu es et te non esse est possibile. ergo. ⁊c. Uel sic. tu es ⁊ tu potes nō esse. ergo. ⁊c. Et sic de preterito ⁊ de futuro cum exponentibus proportionalibus dicatur. Tu necesse es vel necessarium es. sic exponitur. tu es ⁊ te non esse est impossibile. ergo. ⁊c. Uel sic. tu es ⁊ non potest esse quin tu es. ergo. ⁊c. Et ita in plurali numero cum exponentibus proportionalibus exponantur.

¶ Tu differs a sorte sic exponitur.

¶ Prima exponens erit constantia primi extremi. Et secunda exponens erit constantia secundi extremi. Et tertia exponens erit negatiua in qua primum extremum negatur a secundo extremo. vt tu differs a sorte: sic exponitur. tu es et sortes est: ⁊ tu non es sortes. ergo tu differs a sorte. ¶ Ego differam ab asino sic exponitur. primo resoluendo hoc verbum differam ad certum instans sic. tunc vel tunc ego differam ab asino: ergo ego differam ab asino. Antecedens probatur sic. tunc ego ero et tunc asinus erit: ⁊ tunc non ero asinus; ergo ego differam ab asino. Et sic de preterito ⁊ de futuro cum exponibilibus proportionalibus dicatur. ¶ Et sicut iste terminus differt exponitur. Item exponitur ille terminus aliud ⁊ non idem.

¶ De modo arguendi cum hoc verbo differt.

¶ Regule sunt ponēde quarū prima est hec. ꝙ arguendo ab inferiori ad suum superius cum isto termino differt postposito est cōsequentia bona. vt ab isto homine differo: ergo ab homine differo.

¶ Alia regula est hec: arguendo ab inferiori ad suum superius cum isto termino differt affirmatiue preposito a parte predicati non valet consequentia: vt sic arguendo. tu differs ab asino / ergo tu differs ab animali.

¶ Alia regula est hec: arguendo ab inferiori ad suum superius negatiue per se tam a parte predicati q̃ a parte subiecti est ꝯña bona. ¶ Exemplū a parte subiecti. vt tu ab hoīe non differs. ḡ tu ab animali non differs. ¶ Exemplū a parte predicati. vt tu non differs ab homine. ḡ tu nō differs ab aīali. ¶ Sed arguendo ab inferiori ad suum superius per accidens negatiue non valet consequentia: nec a parte subiecti / nec a parte predicati: nisi cum debito medio. vt tu ab homine sedente non differs. ergo ab homine non differs. posito q̄ nullus homo sedeat: ⁊ tunc antecedens est verum ⁊ consequens falsum.

¶ Quarta regula est hec: arguendo a superiori ad suum inferius affirmatiue per se ⁊ a parte p̄dicati cum hoc verbo differt p̄posito: est consequētia bona. vt tu differs ab animali. ergo tu differs ab homine. Sed a superiori ad suū inferius per accidens non valet consequentia: nec affirmatiue: nec negatiue. vt omnis asinus differt ab homine. ḡ omīs asinus differt ab homine albo.

¶ Quinta regula est hec: arguendo a superiori ad suum inferius a parte subiecti non valet consequētia: nec affirmatiue / nec negatiue cum isto termino differt postposito. ¶ Exemplum affirmatiue. vt ab animali differt homo. ergo ab homine differt homo. ¶ Exemplū negatiue. vt ab animali non differt homo. ergo ab asino non differt homo.

¶ Sexta regula est hec: arguendo a superiori ad suū inferius negatiue cū isto termino differt preposito a parte predicati non valet consequentia. vt tu non differs ab animali. ergo tu non differs ab asino.

¶ Sciendum est q̄ omnes iste regule posite de modo arguendi cum isto termino differt ab inferiori ad suū superius. ⁊ econtra. similiter habent intelligi de istis terminis aliud ⁊ non idē. ⁊ breuiter de omnibus terminis qui faciunt terminum immediate sequentem stare confuse ⁊ distributiue. ⁊c̄.

¶ Comparatiuus gradꝰ habet exponi per tres exponentes. scilicet per duas affirmatiuas: et per vnam negatiuam. Prima exponens erit affirmatiua cuius subiectum erit primum extremum in nominatiuo casu sumptum. Et predicatum erit positiuus gradus eiusdem comparationis. Et secunda exponens erit vniuersalis affirmatiua cuius subiectum erit secundum extremum in nominatiuo sumptum: et predicatum erit positiuus gradus eiusdem comparationis. Et tertia exponens erit vniuersalis negatiua in qua negatur gradus equalitatis secundi extremi a primo extremo. Exemplum. vt sortes est fortior asino sic exponitur. sortes est fortis. ⁊ omnis asinus est fortis: ⁊ nullus asinus est ita fortis sicut sortes. ergo sortes est fortior asino. ¶ Ego ero fortior asino. sic exponitur. primo resoluendo ad certum instans sic. tunc vel tunc ego ero fortior asino. ergo ego ero fortior asino. Antecedens probatur sic. tunc ego ero fortis ⁊ tunc omnis asinus erit fortis. et tunc nullus asinus erit ita fortis sicut ego. ergo ego ero fortior asino. Ego fui fortior asino. sic exponitur. primo resoluendo ad certū instans sic. Tunc vel tunc ego fui fortior asino ergo ego fui fortior asino. Antecedens probatur sic. tunc fui fortis: ⁊ tunc oīs asinus fuit fortis: ⁊ tunc nullus asinus fuit ita fortis sicut ego. ergo ego fui fortior asino.

¶ Supperlatiuus gradꝰ exponitur per tres exponētes per duas affirmatiuas ⁊ per vnam negatiuam. Prima exponens erit affirmatiua cuius subiectum erit primum extremum in nominatiuo sumptum ⁊ predicatum erit positiuus gradus eiusdem comparationis. Et secunda exponēs erit vniuersalis affirmatiua cuius subiectum erit scd̄m extremū in ntō sumptū: ⁊ predicatū erit positiuꝰ gradus eiusdē ꝯparationis. Et tertia exponēs erit vniuersalis negatiua cuiꝰ subiectū erit scd̄m extremū in ntō sumptū ⁊ p̄dicatū erit ꝯparatiuꝰ gradus cū alio cōparatiuo gradu a sensu ꝯtrario. vt plato est fortissimꝰ aīaliū sic exponitur. plato est fortis ⁊ oīa aīalia sunt fortia: ⁊ nullū aīal est fortiꝰ platone: sed aliqd

es debilius: ergo plato est fortissimus animalium. Exemplum de preterito: vt tu fuisti fortissimus hominum: sic exponitur primo resoluendo ad certum instans sic tunc vel tunc tu fuisti fortissimus hominum. ergo. etc̃. Antecedens probatur sic. tunc tu fuisti fortis: et tunc omnes homines fuerunt fortes: et tunc nihil hominum fuit fortius te: sed aliquid te debilius. ergo. ⁊c̃. Exemplum de futuro: vt tu eris fortissimus hominum: sic exponitur primo resoluendo ad certum instans: vt in A vel in B: vt sic in A instanti eris fortissimus hominum: ergo. ⁊c̃. Antecedens probatur sic. in A instanti eris fortis/⁊ in A instanti omnes homines erunt fortes/⁊ in A instanti nihil hominum erit fortius te: sed aliquid te debilius. ergo tu eris fortissimus hominum. Bis comedisti panem sic exponitur: semel comedisti panẽ: ⁊ iterũ semel. ergo bis comedisti panem: ⁊ sic de aliis est dicendum.

¶ Iste termin⁹ incipit dupliciter exponitur. Uno modo per positionẽ de pñti: ⁊ per remotionem de preterito. vt sortes incipit currere sic exponitur. in presenti instanti sortes currit: ⁊ immediate ante tẽpus quod est presens non currebat. ergo sortes incipit currere. Secundo modo sic exponitᷣ: hoc verbum incipit per remotionẽ de presenti: et per positionẽ de futuro: vt sortes incipit currere sic exponitur. in presenti instanti sortes non currit: sed immediate post instans quod est presens sortes curret: ergo sortes incipit currere. Exemplum de preterito: vt sortes incipiebat currere: sic exponitur primo reducendo ad certũ instãs vt in A vel in B. vt sic in A instanti sortes incipiebat currere: ergo. ⁊c̃. Añs probatur sic. Primo modo in A instanti sortes currebat: ⁊ immediate ante A instans sortes nõ currebat. ẽ. ⁊c̃. Secundo modo sic exponitᷣ. in A instanti sortes nõ currebat: sed immediate post A instans sortes currebat. ergo. ⁊c̃. Exemplum de futuro: vt sortes incipiet currere sic exponitur. Primo reducendo ad certum instans: vt in A vel in B. vt sic in A instanti sortes incipiet currere: ergo sortes incipiet currere. antecedens probatur sic primo modo: in A instanti sortes curret: et immediate ante A instans sortes non curret. ergo. ⁊c̃. Secundo modo sic exponitᷣ: in A instanti sortes non curret: sed immediate post A instans sortes curret. ergo. ⁊c̃.

¶ Iste termin⁹ desinit dupliciter exponitur. Primo modo per positionem de presenti: ⁊ per remotionem de futuro: vt sortes desinit esse albus. Primo modo sic exponitur. in presenti instanti sortes est albus: ⁊ non immediate post instans qḋ est presens sortes erit albus. ergo. ⁊c̃. Scḋo modo sic exponitᷣ hoc verbum desinit per remotionẽ de presenti et per positionẽ de preterito: vt sortes desinit esse albus. sic exponitᷣ. in presenti instanti sortes non est albus: sed immediate ante instans quod est presens sortes fuit albus: ergo sortes desinit esse albus Exemplum de preterito: vt sortes desinebat esse albus: sic exponitur primo resoluendo ad certum instans. vt sic: tunc vel tunc sortes desinebat esse albus. ergo sortes desinebat esse albus. Añs probatur sic primo modo: tunc sortes fuit albus: ⁊ immediate post illud instans sortes non fuit albus. ergo sortes desinebat esse albus. Scḋo modo sic exponitur. tunc sortes non fuit albus. sed immediate ante illud instans sortes fuit albus. ẽ. ⁊c̃. Exemplũ de futuro. vt sortes desinit esse albus: sic exponitur: primo reducendo ad certum instãs: vt tunc sortes desinit esse albus. ẽ sortes desinet esse albus. Antecedens probatur dupliciter. Primo sic. tunc sortes erit albus; ⁊ immediate post illud instans sortes nõ erit albus. ergo. ⁊c̃. Scḋo modo sic tunc sortes non erit albus: ⁊ immediate ante illud instans sortes erit albus. ẽ sortes desinet esse albus. ¶ Sciendum est q̄ arguendo ab vno modo exponendi tale verbum incipit vel desinit ad propositionẽ exponibilẽ est ꝯña bona: sed a ꝓpositione exponibili ad vnũ modũ exponendi per hoc verbuꝫ incipit vel desinit non valet ꝯña. Sed a ꝓpositione exponibili ad vtrunq; modũ exponẽdi hoc verbum incipit vel desinit cum diiunctione media est consequentia bona. ¶ Et nota q̄ a cõtradictoriis affirmatiuarũ vel negatiuarũ exponentiũ taliũ verborũ incipit vel desinit ad contradictoriũ propositionis exponibilis est consequentia bona. Unde bene sequitur: in presenti instanti tu non curris: nec immediate post instans quod est presens tu curris: ergo tu non incipis currere. Sequitur etiam in presenti instanti tu

curres: ⁊ immediate ante instans quod est p̄ns currebas. ergo tu non incipis currere. Talia verba in plurali numero exponi non habent. sed probari per propositiones singulares. verbi gratia. Isti duo incipiunt currere. sic probatur. hoc incipit currere/ ⁊ hoc incipit currere. ergo isti duo incipiunt currere. ⁊ sic de aliis.

¶ **Propositio reduplicatiua affirmatiua dupliciter** exponitur. s. ratione cause/ ⁊ ratione cōcomitantie. Ratione cause sic. hoc inquantū est homo est animal. sic exponitur. hoc est homo. ⁊ hoc est animal. et omnis homo est animal: et quia hoc est homo/ hoc est animal. ergo. ⁊c̄. Ratione concomitantie sic exponitur. hoc est homo/ ⁊ hoc est animal. et omnis homo est animal. ⁊ si hoc est homo hoc est animal. ergo hoc inquantum est homo est animal.

¶ **Reduplicatiua negatiua dupliciter habet exponi. s.** ratione cause/ ⁊ ratione concomitantie. Ratione cause sic. hoc inquantū est homo non est asinus. sic exponitur. hoc est homo/ ⁊ hoc non est asinus/ et nihil quod est homo est asinus. et quia hoc est homo/ hoc non est asinus. ergo inquantum est homo non est asinus. Ratione cōcomitantie sic exponitur. hoc est homo/ ⁊ hoc non est asinus/ et nihil quod est homo est asinus. Et si hoc est homo/ hoc non est asinus. ergo hoc inquantū est homo non est asinus ⁊c̄.

¶ **Propositio cuius primus terminus in ordine proba**bilis est terminus officialis determinans dictū propositioni. vt est talis. Possibile est hominē currere. sic habet officiari talis propositio est possibilis. hō currit primo ⁊ principaliter hominem currere significans. ergo. ⁊c̄. ¶ Necesse est deum esse sic habet officiari. talis propositio est necessaria (deus est) primo ⁊ p̄ncipaliter deum esse significans. ergo. ⁊c̄. ¶ Contingit sedentem ambulare. sic habet officiari/ talis propositio est contingens. sedens ambulat. primo et principaliter sedentem ambulare significans. ergo. ⁊c̄. ¶ Nota ꝙ terminus modalis dicitur determinare dictum propositionis: quando totaliter precedit dictum vel finaliter subsequitur vt sic dicendo. Possibile est hominem currere/ vel hominem currere est possibile. Scio hominem sedere/ vel hominem sedere scio. et omnis talis propositio vbi terminus modalis totaliter precedit/ vel finaliter sequitur dicitur ꝓpositio accepta in sensu composito. Et omnis talis propositio habet officiari quādo terminus modalis finaliter sequitur sicut quando totaliter precedit. vt dictum est prius. Sed quādo aliquis terminus modalis mediat inter actm̄ casum/ ⁊ modum infinitiuū. dicitur propositio accepta in sensu diuiso/ ⁊ habet ꝓbari per primū terminū in ordine probabilem. vt albū possibile est esse nigrū. sic habet resolui. hoc possibile est esse nigrum/ et hoc est vel potest esse album. ergo album possibile est esse nigrum. ex quibus sequitur. ꝙ iste due propositiones non cōuertuntur. Album possibile est esse nigrum/ et possibile est albū esse nigrum. cum prima istarum sit vera. vt patet per eius resoluentes. secunda est falsa. vt patet per eius officiantes. ¶ Nota ꝙ ab officiantibus sufficienter sumptis ad officiatum cuius sunt officiantes est consequentia bona ⁊ ecōtra. ¶ Ista propositio necesse est deum esse probatur tripliciter scilicet resolutorie/ expositorie/ et officialiter. Resolutorie sic. hoc est deū esse: et hoc est necesse. vel necessarium. ergo. ⁊c̄. Expositorie sic. deus est. ⁊ non potest esse quin deus est. ergo. ⁊c̄. Officialiter sic. talis propositio est necessaria. deus est. primo et principaliter deum esse significans. ergo. ⁊c̄.

¶ **Differt aliud nō idem/ cōparatiuus gradus/ sup**latiuus gradus/ sicut ⁊ cēt signa vniuersalia/ negationes. ⁊ similia. faciunt terminū immediate sequentē stare cōfuse et distributiue. Incipit ⁊ desinit termini modales ⁊ numerales. vt bis/ ter/ quater: ⁊ termini perpetuitatē signtes. vt semper/ in eternū. ⁊ ista verba indigeo/ requiro/ ꝓmitto. ⁊ similia. et iste terminus immediate ⁊ cōsimiles faciunt terminū immediate sequentē stare cōfuse tm̄. ¶ Ista tm̄ ꝓpō ego durabo per diem sic sigt ꝙ ego per alicuius diei partē durabo. Et nō sic ꝙ ego durabo per quālibet partē alicuiꝰ diei. cū prima sit vera: ⁊ scda est falsa ⁊ impossibilis. ¶ Nota ꝙ semper per primū terminū in ordine probabilē habet ꝓpō ꝓbari

preterq̃ in exceptiuis et in modalibus. vt ab omni hoie differo. cum primus ter=
minus in ista ꝓpone est iste terminus omni / secundus homini / ꝛ tertius differo. ꝛ sic
de aliis est dicendum. Si essent plures termini. ¶ Nota q̃ triplex est terminus sci=
licet scriptalis / mentalis. ꝛ vocalis. ¶ Terminus scriptalis est terminus scriptus
in libro vel in pariete. vel in aliquo tali. ¶ Terminus mentalis est terminus con=
ceptus in anima per quem homo concipit aliqua de quibus cogitat. ¶ Terminus
vocalis est terminus prolatus ab ore. ¶ Nota q̃ arguẽdo a sensu cõposito ad sen=
sum diuisum non valet consequentia nec econtra nisi tribus modis. Primo modo
quando pronomen demonstratiuum est simplex subiectum sine aliquo determina
bili respectu huius verbi scio. Ut scio hoc esse verum. ergo hoc scio esse verum. Se=
cundo modo quando pronomen demonstratiuum est subiectum cum determina=
bili: ꝛ illud determinabile est palam conuertibile cũ predicato. vt scio hoc animal
esse sensibile. ergo hoc animal scio esse sensibile. Tertio modo qñ pronomẽ demon=
stratiuum est subiectũ cũ determinabili: ꝛ illud determinabile est superius ad pre
dicatum. vt scio hoc coloratũ esse album. ergo hoc coloratum scio esse album.

De obligationibus

Obligatio est quedã ars mediante qua quis op=
ponẽs potest ligare respondentem vt ad placi=
tum suum respõdeat affirmatiue vel negatiue ad propositionem sibi propositam.
¶ Sciendum q̃ sunt tres species obligationis scilicet Positio / impositio / ꝛ deposi=
tio. Positio est vna ꝓpõ sũpta cũ hoc verbo pono. ¶ Sed positum est illud quod
remanet dempto hoc verbo pono. Exemplũ hoc totum est positio. Pono tibi istam
propositionem. Tu es rome et hoc est positum. tu es rome. ꝛ hoc remanet dempto
hoc verbo pono. Solum falsum est possibile est admittibile in positione.

¶ Prima regula est hec de positione. omne tibi positũ
et a te admissum sub forma positi propositũ durante tempore eiusdem positionis
scitum a te fore tale: ꝛ non repugnans posito eiusdem positionis est concedendum.
Ut posita tibi ista. tu curris: ꝛ admissa: tunc eadem vel quecunq̃ consimilis propo=
sita est concedenda durante tempore eiusdem positionis.

¶ Secunda regula est hec. omne primarie sequẽs ex
posito et admisso durante tempore eiusdem positionis est concedendum. Ut pono
tibi istam. Tu curris. ꝛ admissa ista tu moueris est concedenda. quia primarie se=
quitur ex posito. sequitur enim tu curris. ergo tu moueris.

¶ Tertia regula est hec. omne primarie repugnãs po
sito ꝛ admisso durante tempore eiusdem positiõis est negandum. vt pono tibi istã.
Tu curris: ꝛ admissa illa / tu sedes. est neganda. quia illa duo repugnant. tu curris
et tu sedes. quia non possunt simul esse vera.

¶ Quarta regula est hec. ad impertinẽs respondẽdũ
est secundum suam qualitatem. hoc est si sit vera scita a te fore vera debet concedi
si sit falsa scita a te fore falsa debet negari. si sit dubia scita a te fore dubia debet du
bitari. ¶ Impertinens est illud quod non sequitur ex posito: nec repugnat posito.
verbi gratia pono tibi istã propositionẽ. omnis homo est Rome. admittatur. pro=
pono eandem concedatur. Deinde propono q̃ tu es homo. concedatur. quia est ve=
ra et impertinens: quia non sequitur ex posito nec repugnat. quia non sequitur.
omnis homo est rome. ergo tu es homo / nec repugnat. quia stant bene simul. omis
homo est rome: ꝛ tu es homo.

¶ Quinta regula est hec. oẽ primarie sequens ex posi
to et admisso cum concesso. vel cum concessis cũ opposito bene negati. vel cum op=
positis bene negatorũ durante tempore eiusdem positionis est concedendũ. vt po=
no tibi illam. omnis homo currit et admissa: deinde propono tibi illam. tu es ho=

mo: ⁊ concessa: q̄ est vera ⁊ impertinens. Deinde propono tibi illā. tu nō es Canti-
brigie: negetur. q̄ est falsa ⁊ imptinens. ⁊ hec vltima ꝓpō. tu curris Cātibrigie. est
concedenda: q̄a est sequens ex posito cum concesso et cum opposito bene negati. se-
quitur enim omnis homo currit. et tu es homo: ⁊ tu es Cantibrigie. ergo tu curris
Cantibrigie. et ita foret faciendum si plura essent concessa ⁊ negata.

¶ Sexta regula est hec. omne primarie repugnās po-
sito et admisso cum concesso vel cum concessis cum opposito bene negati: vel cum
oppositis bene negatorū durante tempore eiusdem positionis est negandū. vt po-
no tibi illam. omnis homo currit. ⁊ admissa. deinde propono tibi. tu es homo. ⁊ cō-
cessa tanq̄ vera ⁊ impertinens: deinde propono tibi illam. tu curris in domo. ⁊ ne-
gata tanq̄ falsa ⁊ impertinens: ⁊ concessa q̄ ista domus tanq̄ vera ⁊ impertinēs
neganda est illa. tu non curris extra domum: q̄ repugnat posito cum opposito be-
ne negati. nam illa repugnant. oīs homo currit. ⁊ ego sum homo: et ego nō curro
in domo: et domus est: et tamen non curro extra domum. Nam oppositum vltime
propositionis est sequens.

¶ Alia regula est hec. propter possibile positum nō est
impossibile concedendum neq̄ necessarium negandum. ¶ Alia regula est hec. duo
contradictoria inter se contradicentia / non sunt sub eodem simul concedenda in-
fra idem tempus obligationis neq̄ neganda. vt ponatur q̄ A sit cōtradictoriū B
et econtra. ⁊ tantum sit vnum A ⁊ vnum B. Tunc A et B non sunt concedenda sub
eodem neq̄ neganda. sed si vnum sit concedendum reliquum erit negandum.
¶ Et sciēdum est q̄ duplex est positio scilicet simplex ⁊ composita. Positio simplex
est quando ponitur propositio cathegorica. Positio composita est quādo ponitur
propositio hypothetica. ¶ Nunc videdum est qualiter faciendum est ex parte op-
ponentis: ⁊ qualiter ex parte respondentis. Opus opponentis est ponere et propo-
nere quousq̄ videat respondentem duci ad aliquod inconueniens. Opus respon-
dentis est sustinere positum et seruare se ne videatur duci ad aliquod inconueni-
ens. Si autem ponatur aliquod falsum: et deinde proponatur aliqua copulatiua
facta ex ipso falso posito: ⁊ ex vero ⁊ impertinente priusq̄ concessum fuerit illud ve-
rum neganda est illa copulatiua: et deinde negandum est illud verum ⁊ imperti-
nens: quia illud est repugnans posito cum opposito bene negati. Exemplum. po-
natur q̄ omnis homo est rome. deinde proponatur hec copulatiua. omnis homo
est rome: et tu es homo. eadem est neganda: qua negata neganda est illa. tu es ho-
mo. Si autem positum fuerit aliquod falsum: et postea proponatur aliquod verū
concedendū est idem verū: quo concesso concedenda est illa copulatiua. ⁊c.

¶ De secūda specie obligationis. s. de impositione ali-
qua sunt dicenda. Est enim impositio attributio obligatoria noue significationis
ad aliquā ꝓpōnē scriptalē tantūmodo vel vocalē. Unde q̄n aliquis opponēs velit
aliquā ꝓpōnem habere nouā significationem vtatur isto termino impono vel in-
stituo: ⁊ non isto termino pono: quia omnis impositio est positio ⁊ non econtra.

¶ Omnes regule de positione habent intelligi de im-
positione nulla mutatione facta nisi istius termini pono in istū terminū impono.
Nam vt prius dicebatur totum quod ponitur cum termino faciente positionē vo-
catur positio: et illud quod remanet dempto termino pono vocatur positum sic to-
tum qđ ponit̄ cū termino faciēte impositionē vocat̄ impositio: ⁊ illud qđ remanet
dēpto isto termino impono vocat̄ impositū: et ideo q̄ncunq̄ allegat̄ aliqua regula
per impositionē solum mutabitur iste terminꝰ positū in istū terminū impositū. Et
ideo mutatur species istius obligationis. ¶ Prima regula est hec/ oē mihi impo-
sitū sub forma impositi ꝓpositū est concedendū. ¶ Scđa regula est hec. omne pri-
marie sequēs ex imposito est cōcedendū. ¶ Tertia regula est hec. oē p̄marie repu-
gnans imposito cū admisso est negandū. ¶ Pro istis regulis declarādis sit iste ca-
sus primus imponatur q̄ illa ꝓpō deus est: solum sig̃t hominem esse asinū anteq̄
iste casus admittatur queris obligandus nunquid sit propō mentalis / vocalis: vel

scriptalis. Si sit mentalis casus est negandus: si nō: est admittendus: quo admisso pponatur illa ppō deus est: solū significat hoiem esse asinū. illa ppō est cōcedenda qz est impositū sub forma impositi ppositū. Sic patet regula prima & in eodem casu pponatur q aliqua ppō sigt hoiem esse asinū ista est concedenda. qz est sequens ex imposito/ et sic patet scda regula. In eodē casu pponat q nulla ppō sigt hoiem esse asinū illa est neganda. qz primarie repugnat imposito. & sic patet tertia regula. ¶ Quarta regula est hec. nō pp̄ter nouā impositionē alicuius ppōnis est r̄nsio varianda ad eandē per se ppositā. Et sciendum est q ppō ponit per se qn̄ ponit absqz additione aliquorū istorū terminorū/ vt sunt verū/ falsum/ possibile/ impossibile/ contingens/ & necessariū & eorū aduerbia. Regula est sic intelligenda/ qn̄cunqz est alicui ppōni per impositionē significatio nouiter attributa & si postea pposita sit eadē per se ad illā respondendū est. ac si nulla impositio fuerit sibi facta. vt si in casu priori pponat ista deus est. concedenda est. vel si imponat illa. Tu es asinus. solū sigt deum esse. Et postea pponat ista. Tu es asinus neget. nō pp̄ter hoc q sigt deū esse. sed qz pponitur per se nō r̄ndendū est ac si nō imponeret aliquis casus. Et sic de aliis est dicendū. ¶ Et si ab aliqua ppōne sua significatio p̄ma sit sequestrata & eidē sit sigtio nouiter attributa. & postea sit pposita istā esse verā vl' falsam vl' dubiā et ita de aliis. tūc r̄ndendū est scdm significationē nouiter attributam. hoc est si sit vera debet cōcedi/ si sit falsa dz negari si sit dubia debet dubitari. et ita de aliis. ¶ Vn̄ si in casu priori pponat deus est/ est impossibilis. cōcedat. qz sua significatio est impossibilis. s. hoiem esse asinū. Et si in casu posteriori pponatur. q illā ppō sit falsa. tu es asinus. neget qz sua tota sigtio est vera. s. deū esse. ¶ Et sciendū est q sicut de ppōnib' cathegoricis dictū est sic de cōditionalib' & cōsequentiis est dicendū. ¶ Nā sicut nō est aliqua ppō scriptalis/ vel vocalis quin per impositionē pōt fieri vera vel falsa necessaria vel impossibilis ad placitū imponētis. Sic nō est ꝯditiōalis vl' ꝯña qn̄ pōt fieri bona vl' nō bona. p impositionē ad placitū imponētis ¶ Et hoc tripliciter.

¶ Primo mō si ꝯña sit bona sequestretur eius prima sigtio ab antecedente imponatur ei sigtio ex qua nō seqtur ꝯña & statim fiet nō bona. ¶ Scdo mō si sit ꝯña bona sequestretur sigtio ꝯñtis/ & imponatur ei aliqua sigtio q nō sequitur ex antecedēte & statim fiet non bona. ¶ Tertio mō si sit ꝯña bona sequestret significatio totius & imponatur alia significatio alicuius ꝯñe nō bone/ & tūc fiet non bona. ¶ Tamen ad talē infra idē tēpus impositionis per se ppositā non est r̄nsio variāda: sed r̄ndendū est ad illā ac si non imponeretur aliquis casus. s. concedēdo vel negando. ¶ Et si ꝯña nō valet sequestretur ab añcedente significatio prima & imponatur ei & alia significatio ex qua sequitur ꝯñs. vel sequestretur a ꝯñte prima significatio & imponatur ei significatio q̄ sequitur ex añte. & statim fiet ꝯña bona. ¶ Sed caueat bn̄ responsalis qn̄ fit sequestratio. & qn̄ nō. ne pp̄ter negligentiā suā ad aliquod inconueniens deducatur. vt si capiatur Deus est. & imponat q sigt hoiem esse asinū/ iam per illā impositionē nō est sua significatio sequestrata. qz stat bene q significat deū esse hoiem esse asinū. sed oportet preponere huic verbo significat terminū exclusiuū. s. solū/ tm̄/ & hmōi. vt impono q ista ppō deus est. solū significat hominē esse asinū. ex qua impositione sequitur suā primā significationē sequestrari.

Sequitur de tertia specie obligationis.

Depositio est tertia species obligatiōis qua q̄s obligatus tenetur respōdere negatiue ad propositionē sibi depositā. ¶ Et sciendū est q sola propositio debet admitti in depositione cuius contradictoriū est admittēdū in impositiōe. ¶ Et nunqz necessariū debet admitti in depositione: sicut nec impossibile in impositione.

¶ Prima regula est hec de depositione.

¶ Oēe depositū et admissum sub forma deposito ppositū durāte tpe eiusdē depositiōis scitū a te fore tale/ est negādū. vt deposita tibi illa. Tu es Cantibrigie & admissa eadē/ & q̄cunqz ꝯsimilis qn̄ pponat durāte tpe eiusdē depositiōis est negāda.

¶ Secunda regula est hec. omne cōtradictorium ad depositū ⁊ admissum: durante tempore eiusdem depositionis est concedēdum. Ut deposita tibi illa. Tu es homo: ⁊ admissa illa est concedenda. Tu non es homo quia est contradictoriū ad depositū ⁊ admissum.

¶ Tertia regula est hec. oīe primarie ans̄ ad depositum ⁊ admissum durante tpe eiusdē depositiōis est negandū. vt deposita tibi illa. tu es homo/ ⁊ admissa: hec est neganda. Tu es homo albus: qꝛ primarie antecedit ad depositum. Sequitur enim. Tu es homo albus. ergo tu es homo.

¶ Quarta regula est hec/ oīe primarie ans̄ ad depositū ⁊ admissum cum cōcesso vel cum concessis cū opposito bene negati / vel oppositis bene negatorum: durante tempore eiusdem depositionis/ est negandum. vt deposita tibi illa. aliquis homo non currit: ⁊ admissa ⁊ cōcessa hac. tu es homo. tanꝗ̃ vera ⁊ impertinens: ⁊ negata illa. Tu non es cantibrigie: tanꝗ̃ falsa ⁊ impertinēs neganda est illa. Tu non curris cantibrigie/ quia est antecedēs ad depositū cū concesso: ⁊ cū opposito bene negati. Seqtur enim. tu es homo/ ⁊ tu es Cantibrigie/ ⁊ tu non curris Cantibrigie. ergo aliquis homo non currit. ¶ Nota ꝙ impertinens est illud quod non est ans̄ ad depositū nec ꝯtradictoriū eiusdem.

¶ Expliciunt obligationes.

CONsequētiarū bonarū/ quedam sunt obiectiones ponende: quedam soluēde. ¶ Prima regula est hec/ arguendo ab inferiori ad suū superiꝰ cū negatione pposita non valet ꝯn̄a. ¶ Sed ꝙ valet probo: ⁊ suppono vobis istā suppositionē. Omne se habens per modum appositionis respectu alterius inferius est eo. Isto supposito ꝓbatur ꝙ ꝯn̄a bona est non bona. Nā ista ꝯn̄a est bona. Nullus homo risibilis est. ergo nullus homo est. ⁊ illa est non bona. ergo. ⁊c̄. ꝯn̄a patet quia ans̄ est impossibile. Et maior patet: qꝛ ex opposito ꝯsequentis sequitur oppositū an̄tis. ergo ꝯn̄a bona. ꝓbatur. nā sequitur: aliqs hō est/ ergo aliqs hō risibilis est. ꝯn̄a patet: qꝛ arguitur ab vno ad idē. Minor patet. quia arguitur ab inferiori ad suū superius negatione pposita. ergo nō valet. ꝯn̄a patet per regulā. Ab inferiori ad suū superius. Et ans̄ probatur: qꝛ subiectum an̄cedētis est inferius ad subiectū ꝯn̄tis. ergo arguitur ab inferiori ⁊c̄. Antecedēs patet per illā regulā. Omne se habēs per modū appositionis respectu alterius inferius est eo. ¶ Respondeo. dicatur ꝙ regula habet sic intelligi. ꝙ oīe se habēs per modū appositiōis respectu alterius (tam in voce ꝗ̃ in significatiōe) inferius est eo. Sed iste terminus risibilis non sic se habet/ quia nihil aliud addit supra significationē illius termini homo: sicut facit iste terminus albus qui addit albedinē quia termini conuertibiles idem significant.

¶ Secunda regula est hec/ arguendo ab exclusiua ad suum vniuersale in terminis transpositis ⁊ in terminis rectis ⁊c̄. est ꝯn̄a bona. Ex qua probo ꝙ ꝯn̄a bona est nō bona: ⁊ pono istū casum. ꝙ homo asinus ⁊ capra currunt. ⁊ non plura animalia: quo posito sequitur ꝙ ista ꝯn̄a sit bona. Tantum homo asinus ⁊ capra currunt. ergo oīa currentia sunt homo asinus ⁊ capra/ ⁊ eadem non valet. ergo cōsequentia bona est nō bona. Maior patet per regulam. Minor patet per hoc ꝙ antecedens est verū ⁊ ꝯsequēs est falsum. vt patet per exponentes antecedentis ⁊ ꝯn̄tis. qꝛ ans̄ habet exponi ratione pluralitatis sic homo asinus ⁊ capra currunt ⁊ nō plura aīalia ꝗ̃ homo asinus ⁊ capra currunt. ergo tantū homo asinus et capra currunt. illud est verū vt ponit casus. Et ꝯn̄s est falsum. vt patet per eius exponentes: quia sic habet exponi. Aliqua currentia sunt homo asinus ⁊ capra ⁊ nulla sunt currentia quin illa sint homo asinus ⁊ capra: cuius secunda exponēs est falsa: quia eius contrariū est verum: quia aliqua sunt currentia que nō sunt homo asinus ⁊ capra demonstrando hominē ⁊ asinum.

De regulis consequentiarũ.

¶ Item ista consequẽtia est bona.

¶ Tantũ duodecim sunt ap̃li dei: ergo oẽs ap̃li dei sunt duodeci. Et ista est nõ bona. ergo ꝯña bona est non bona. ꝯña patet. Et maior patet per regulã. Et minor patet per hoc ꝙ añs est verũ et ꝯñs falsum. ergo ꝯña non valet. añs patet pro eo ꝙ añs potest exponi ratione pluralitatis/ ratione alietatis. Et si exponat ratione pluralitatis añs est verũ: qr sic exponitur. Duodecim sunt ap̃li dei: non plures ꝙ̃ duodecim sunt ap̃li dei. qd est verũ vt supposito: ꝯñs est falsum. s. oẽs ap̃li dei sunt duodecim: qr vna exponẽs est falsa. s. nulli sunt ap̃li dei quin sunt duodeci: cũ ei⁹ cõtradictoriũ est verũ: scz aliqui ap̃li dei sunt qui non sunt duodecim. ¶ Pro istis dicatur ꝙ arguendo ab exclusiua ad suũ vniuersale in terminis transpositis in terminis rectis: cũ verbo de p̃nti non ampliatiuo/ in singulari nũero est ꝯña bona.

¶ Tertia regula est hec arguẽdo a superiori ad suum inferius negatiõe p̄posita est ꝯña bona. Et p̄batur ꝙ nõ: qr tũc sequitur ꝙ ꝯña bona est nõ bona/ qr ista ꝯña est bona. Tm̃ aial est aial. ergo tm̃ hõ est aial. ꝯña patet per regulã. Et ꝙ non valet p̄batur qr añs est verũ ꝯñs falsum. vt patet per exponentes. qr añs sic exponitur. Animal est animal/ nullum animal est animal. que sunt vere: ꝯñs est falsum scz tm̃ homo est animal/ qr secũda exponẽs est falsa. scilz nihil non homo est animal/ cum eius contradictoriũ est verũ. s. aliquid non homo est animal. vtputa capra. Ideo dicatur ꝙ arguendo a superiori ad suum inferius cũ negatione preposita/ vbi tam inferius ꝙ̃ superius supponũt confuse distributiue est consequentia bona. sic non arguitur in proposito.

¶ Quarta regula est hec arguendo ab inferiori ad suum superius cũ negatiõe p̄posita vel distributiue vel dictione hñte vim negatiõis vel distributiõis non valet ꝯña. Ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona p̄batur sic nã ista ꝯña est bona. tm̃ homo currit ergo tm̃ animal currit. et hec est non bona. ergo ꝛc. ¶ Et ꝙ sit bona patet: qr ꝯñs formaliter sequitur ex añte. ergo ꝯña est bona. ꝯñs p̄batur sic. qr exponentes ꝯñtis sequunt exponẽtes añtis. ergo ꝯñs sequitur ex añte. Añs p̄batur sic. prima exponẽs ꝯñtis sequitur primã exponentẽ añtis: qa sequitur. homo currit ergo animal currit. Et scda exponẽs ꝯñtis sequitur ex secunda exponẽte añtis/ qr sequitur. nihil aliud ab homine currit. ergo nihil aliud ab aiali currit. ꝯña patet: quia ex opposito ꝯñtis sequitur oppositũ añtis: qr sequitur aliud ab aiali currit. ergo aliud ab hoie currit. ꝯña tenet per hoc mediũ. Quicqd est aliud ab aiali est aliud ab hoie. Ex quo sequitur ꝙ ꝯñs formaliter itelligitur in añte. ¶ Et ꝙ nõ valet p̄batur. qr arguit ab inferiori ad suũ superius cũ dictione habẽte vim negationis preposita ergo non valet ꝯña. ¶ Pro isto dicatur ꝙ arguendo ab inferiori ad suum superius negatione preposita vel dictione hñte vim negationis vbi tam inferius ꝙ̃ superius supponũt confuse distributiue non valet ꝯña sed sic non est in p̄posito/ qr tam inferius ꝙ̃ superius supponunt confuse tm̃.

¶ Quinta regula est hec/ predicatũ in exclusiua affirmatiua stat confuse et distributiue. vt tm̃ homo est animal. ergo tm̃ homo est hoc animal/ hoc aial/ sic de singulis. quia illa ꝯña est bona. ¶ Sed contra. ex hoc sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona. Tm̃ sortes videt aial asinus est aial/ ergo tm̃ sortes videt asinũ. illa nõ est bona. ergo ꝛc. ꝯña patet añs pro maiore per regulam scz a dictione stante cõfuse distributiue ad aliqd eius suppositũ cũ debito medio est ꝯña bona. Et minor probatur. qr in casu possibili posito/ añs potest esse verum consequens falsum. vt posito ꝙ sortes videat equũ: nihil aliud ꝙ̃ equum: posito ꝙ nihil aliud ab equo videatur: et ꝙ nihil aliud a sorte videat equum: illo posito patet ꝙ añs est verũ. scz ꝙ tm̃ sortes videat animal. vt patet per eius exponentes quia sic debet exponi. Sortes videt animal. nihil aliud a sorte videt animal. qd est verũ per casum. consequens est falsum. ꝙ tm̃ sortes videat asinũ: qr per casum nullus asinus videtur a sorte.

¶ Similiter sequeretur ꝙ illa ꝯña esset bona/ tm̃ sor=

tes videt oēm hoīem/plato est homo/ergo tm̄ sortes videt platonē. vt patet p regulā. ¶ Et ꝙ nō valet ꝓbatur. ⁊ pono ꝙ oīs hō nō sortes videat seipsum solum: et ꝙ sortes videat seipsum et oēm hoīem: ⁊ nihil aliud a sorte videat omnē hominē. Quo posito patet ꝙ añs est verum. s. tm̄ sortes videt oēm hoīem: vt patet per eius exponentes: ⁊ ꝯñs est falsum. s. tm̄ sortes videt Platonem: cum eius scd̄a exponens est falsa. s. nihil aliud a sorte videt platonē: cum eius contradictorium sit verum. s. aliud a sorte videt platonē: qa plato videt platonē: ⁊ oīs plato est aliud a sorte. ergo non tm̄ sortes videt platonē: quod fuit primo probandum.

¶ Pro isto dicatur. ꝙ iste terminus animal in prima obiectione non est predicatū: sed pars ꝑdicati: qr hoc est predicatū: vidēs animal/ ideo sic debet argui/ tm̄ sortes videt animal/ asinus est aīal visum. ergo tm̄ sortes videt asinū. Uel sic. tm̄ sortes est vidēs asinū. Similiter in scd̄a obiectione predicatum non est omnem hominem: ideo debet sic argui. tantū sortes videt omnē hominem/ plato est omnis homo visus. ergo tantū sortes videt platonem.

¶ Sexta regula est/ subiectum in exclusiua affirmatiua stat confuse tm̄/ vt patet in ista propositiōe. tm̄ homo currit. Ex qua sequitur ꝙ aliquid supponit aliqualiter qualiter non supponit qđ probatur sic/ qr subiectum illius exclusiue supponit confuse tm̄: vt patet per regulam. ¶ Et ꝙ nō supponit probatur: qr subiectū istius ꝓpōnis: homo currit supponit determinate/ vt patet per hoc ꝙ est indiffinita: sed idem est subiectum istius homo currit/ ⁊ illiꝰ tm̄ hō currit. Et subiectū illius: tm̄ homo currit supponit cōfuse tm̄. ergo non supponit determinate. Et ꝙ supponit determinate probatur sic. posito ꝙ ista ꝓpositio. tm̄ homo currit/ scribatur in pariete. Et ꝙ duo legant istā ꝓpositionē: vnus cū termino exclusiuo/ ⁊ alius sine termino exclusiuo/ tunc patet ꝙ idem est subiectū vtriusqꝫ. Ex quo sequitur ꝙ aliquid supponit aliqualite /qualiter non supponit.

¶ Pro isto dicatur. ꝙ subiectum exclusiue stat cōfuse tantū/ ⁊ hoc ratione exclusiue: vt sic dicendo. tm̄ homo currit. cuius subiectū supponit confuse tm̄/ sub ea ratione qua est subiectū exclusiue/ et ille idē terminus homo supponit determinate/ sub ea ratione qua est subiectū preiacentis: et sic idem terminus supponit determinate ⁊ cōfuse tm̄. respectu diuersorū terminoꝝ.

¶ Septima regula ē hec/ omnis exceptiua ꝓpria repugnat suo preiacēti/ ex qua sequitur ꝙ aliqua repugnāt q̄ nō repugnant. ꝓbatur sic. Ista repugnāt. nullū animal preter asinū est homo/ ⁊ nullū aīal est hō. quia vnū istoꝝ est exceptiua/ ⁊ aliud ꝑiacens/ ergo repugnāt. ꝯñs patet per regulā. Et ꝙ nō repugnāt ꝓbaꝫ sic: qr sunt duo falsa/ ⁊ nulla duo falsa repugnāt: sed illa repugnant ergo aliqua repugnāt q̄ nō repugnāt/ qđ fuit ꝓbandū. ¶ Similiter ista repugnāt. Tu differs ab oīm hoīe preterqꝫ a te: ⁊ tu differs ab oīm homine: qr vna est exceptiua/ ⁊ alia eius preiacens. ergo repugnant. Ut patet per regulā. Et ꝙ nō repugnāt ꝓbatur sic. qr vtraqꝫ istarum est vera: ⁊ nulla duo repugnant. ergo non repugnant ⁊ repugnant. vt prius dicebatur. ergo contradictio ⁊c̄.

¶ Pro isto dicatur ad primā obiectionē/ ꝙ duo falsa bn̄ pñt repugnare. Ut patet ex istis duobus. Nullū aīal preter asinū est hō: ⁊ nullū aīal est hō. ¶ Et pro scd̄a obiectiōe dicatur ꝙ oīs exceptiua ꝓpria repugnat suo ꝑiacenti/ sed nō impropria. Exceptiua impropria est: q̄ñcunqꝫ exceptio fit a parte ꝑdicati. vt patet in illa ꝓpositione. Tu differs ab omni hoīe preterqꝫ a te. Et patet ꝙ ista ꝓpositio. Tu nō differs nisi ab asino: nō est exceptiua ꝓpria: qr exceptio fit a parte predicati. Illa tm̄ potest dupliciter exponi. Primo modo sic. Tu differs ab asino: ⁊ nō differs ab alio ab asino. Iste exponētes sunt vere: ⁊ ideo isto modo exponendo illa est concedenda. Secundo modo sic exponitur. Tu differs ab asino et a nullo alio ab asino differs. cuius secunda exponens est falsa: cū eius contradictorium est verum: scꝫ ab alio ab asino differs. vt patet per eius resoluentes.

¶ Alia regula est hec de quolibet re dicitur vnum con

De regulis consequentiarum.

tradictorioꝝ incōplexoꝝ/ ꝛ de nullo eoꝝ ambo dicunt᷑: ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona. Et ꝯsimiliter sequitur ex hoc ꝙ aliqua sunt cōtradictoria incōplexa quoꝝ aliud dicitur de aliqua re: ꝛ nullū eoꝝ dicitur de eadē re. Probo sic. et capio ista duo contradictoria incōplexa homo ꝛ nō homo. Tunc arguitur sic. Tm̄ sortes est hō ꝛ tm̄ sortes non est homo. Posito ꝙ sortes non sit in rerū natura/ tunc de sorte nō dicitur vere. tm̄ sortes est homo. nec ꝙ tm̄ sortes est nō homo. ergo non de qualibet re dicitur vnū cōtradictorioꝝ incōplexoꝝ/ sed de qualibet re dicit᷑ vnū contradictorioꝝ incōplexoꝝ. per regulā. ergo cōtradictio. ¶ Similiter in eodē casu hec est falsa. Tantū sortes est omīs homo. et tantum sortes est non omīs homo. Similiter pono ꝙ nihil sit sortes ꝛ capio ista duo contradictoria. homo ꝛ non homo. ista duo sunt contradictoria incomplexa ꝛ nullū eoꝝ vere predicat᷑ de sorte/ q̄a ista est falsa. s. est homo. et similiter sortes est non homo. ergo nō de qualibet re dī vnū contradictorioꝝ incōplexoꝝ: ꝛ per ꝯñs regula est minus vera. ¶ Ideo pro ista dicatur ꝙ de qualibet re existente dī vnū cōtradictorioꝝ incōplexoꝝ per se sumptū sine dictione exclusiua vel signo vniuersali/ vel aliquo alio determinabili in singulari numero cū verbo de presenti nō ampliatiuo. sed sic nō est in ꝑposito eo ꝙ in prima obiectione summuntur duo contradictoria incōplexa cū terminis exclusiuis: et in scđa obiectione sumūtur duo cōtradictoria incōplexa cū dictionibus exclusiuis ꝛ signis vniuersalibus: ꝛ in tertia obiectione argumentū fit de re non ente.

¶ Alia regula est hec/ in omni consequētia bona ꝛ formali ad alietatē cōsequētis sequitur alietas añcedentis: ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est nō bona. Nā ista ꝯña est bona ꝛ formalis/ homo est homo. ergo hō est aīal. ¶ Eo ꝙ arguit᷑ ab inferiori ad suū superiꝰ sine aliquo impedimēto. ergo ꝯña bona. ¶ Et ꝙ nō valet ꝓbatur qꝛ ad alietatē ꝯñtis nō sequitur alietas añtis qꝛ nō sequitur aliud ab hoīe est aīal ergo aliud ab hoīe est hō: qꝛ añs est verū/ et ꝯñs falsum. ergo nō valet ꝯsequentia. ¶ Ideo dicat᷑ ꝙ in oī cōsequentia bona ꝛ formali ex alietate consequentis sequitur alietas antecedētis. vbi alietas additur immediate termino inferiori ꝛ superiori. vt sic arguēdo hō est aliud ab aīali. ergo hō est aliud ab homine.

¶ Alia regula est hec/ in necessarijs nō refert enūciare vniuersaliter vel particulariter. vt sic dicendo hō est aīal. ergo oīs hō est aīal. Et ꝙ sit falsum ꝓbatur sic. qꝛ nō sequitur aīal est hō. ergo omne animal est hō. q̄a prima istarū est necessaria ꝛ secūda impossibilis. ergo regula minus vera. Añs probatur sic. hec est necessaria hō est aīal. ergo hec est necessaria. aīal est hō. cōsequētia patet per conuersionē simplicē. Añs est necessarium. ergo consequens. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ ista regula intelligitur in ꝑdicatione directa ꝛ non indirecta: sed obiectio fuit in predicatione indirecta: ideo non fit contra per regulam.

¶ Alia regula est hec/ arguēdo ab inferiori ad suū superius cum negatione postposita est ꝯña bona. Ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est nō bona. probatur sic. ista ꝯña est bona homo albus non currit. ergo homo non currit. qꝛ arguitur ab inferiori ad suū superius cū negatione postposita. ergo cōsequētia bona. ¶ Et ꝙ non valet ꝓbatur sic. Et pono illū casum ꝙ omīs hō currit. ꝛ ꝙ nullus hō sit albus. isto posito patet ꝙ añs est verū. s. hō albus non currit. et ꝯñs est falsum videlicet hō non currit. eo ꝙ eius ꝯtradictoriū est verū. videlicet ꝙ omīs hō currit. vt patet per casum. ¶ Similiter per eandē regulā ista ꝯña foret bona. hoc aīal nō est. ergo aīal nō est/ demonstrādo per ly hoc cesarē corruptū. Et ꝙ nō valet ꝓbatur qꝛ añs est verū. ꝛ ꝯñs impossibile cū eius ꝯtradictoriū est necessariū. videlicet omē aīal est. ¶ Ideo pro ista dicatur ꝙ arguēdo ab inferiori ad suū superius cum negatione postposita ꝛ hoc est per se est ꝯña bona ꝛ nō per accidēs est ꝯña bona sine debito medio: sed cum medio bn̄ valet ꝯña. vt hō albus nō currit/ ꝛ homo albꝰ est. ergo homo nō currit. sed quia in vtraqꝫ obiectiōe arguitur ab inferiori ad suū superius cum negatione postposita per accidēs ꝛ sine medio. ideo nō valet ꝯña. ¶ Et arguit᷑ ab inferiori ad suū superius per se q̄n ex inferiori et superiori resultat ꝓpositio necessaria. vt homo est animal. Et arguitur ab inferiori ad suū superius per accidēs quando ex inferiori ꝛ superiori resultat propositio contingens. vt homo currit.

¶ Alia regula ē hec: arguēdo ab exceptiua negatiua ad exclusiuam affirmatiuam in eisdem terminis est consequentia bona. Ex qua sequitur ꝙ consequentia bona est non bona. probatur sic. ista consequentia est bona nullus homo preter sortem currit. ergo tantum sortes currit. et ista est non bona. ergo. ⁊c̄. consequētia patet per regulam predictam. Et ꝙ non valet probatur. quia in casu possibili posito antecedens est verum et consequens falsum. ergo non valet. Et pono istum casum ꝙ sortes et vnus asinus currant: ⁊ ꝙ nullus homo alius a sorte currat. Isto casu posito antecedens est verum .s. nullus homo preter sortem currit. q̄a eiꝰ exponētes sunt vere: videlꝫ nullus hō nō sortes currit ⁊ sortes currit. Et ꝯñs est falsum: tm̄ sortes currit. qꝛ altera eius exponēs est falsa. videlꝫ nihil non sortes currit: qꝛ eius contradictoriū est verū .s. aliq̄d non sortes currit. quia asinus currit: et asinus est aliquid non sortes: ergo aliquid non sortes currit. ¶ Ideo pro isto dicatur quando arguitur ab exceptiua negatiua ad suam exclusiuā affirmatiuam in eisdem terminis est consequentia bona: sed sic non arguitur in proposito: q̄a ista ꝓpō tm̄ sortes currit: nō est exclusiua istiꝰ exceptiue: nullus homo preter sortē currit: qꝛ pro pluribꝰ fit exclusio in illa exclusiua tm̄ sortes currit: ꝙ̄ fit exceptio in ista exceptiua: nullus homo preter sortē currit: fit eni exceptio ꝓ oi hoīe masculo solummodo alio a sorte: et exclusio fit pro om̄i re alia a sorte: ⁊ iō iste due propositiones nō cōuertuntur. Et si queratur que est exclusiua istius exceptiue: nullus homo preter sortem currit. dicat̄ ꝙ illa: tm̄ sortes est homo masculus currēs.

¶ Alia regula est hec: si antecedens potest esse verum consequente eiusdē existente falso non valet consequentia: ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona. probatur sic. ista ꝯña est bona: homo currit/ ergo animal currit quia arguitur ab inferiori ad suū superius. sine aliquo impedimēto. ergo ꝯña bona. ⁊ ꝙ non valet probatur: qꝛ añs potest esse verum sine ꝯñte. ergo non valet / probatur: ⁊ pono ꝙ antecedens maneat ⁊ ꝯñs non. tunc ꝯña non valet. vt patet per regulā. si forte dicat̄ aliq̄s ꝓpter istā cauillationem in casu posito ꝙ regula sic intelligenda ꝙ si añs alicuius ꝯñe potest esse verū consequente existente falso: non valet cōsequētia. Sed adhuc probatur ꝙ ista regula sit minus vera: qꝛ illa consequētia est bona. homo currit: ergo animal currit. vt priꝰ dicebatur: ⁊ tm̄ añs potest esse verum ꝯsequēte eiusdē existente falso. ergo regula non tenet. Añs probatur: ⁊ pono ꝙ hoc antecedens homo currit sit verū primarie significando: et ꝙ añs alal currit significat ꝙ homo est asinus: secundarie significando. Isto casu posito patet ꝙ añs sit verum videlicet homo currit: consequente eiusdem existente falso: scilꝫ alal currit: quia per casum cōsequēs significat secundarie ꝙ homo est asinus quod est falsum. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ ista non est regula prius allegata: sed illa est regula. Si antecedens potest esse verum primarie significando: ⁊ consequēs falsum primarie significando in casu possibili posito: tunc consequentia non valet.

¶ Alia regula est hec: arguendo ab inferiori ad suū superius negatione preposita non valet ꝯña: ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est nō bona Nā ista ꝯña est bona: nonnihil qđ est homo currit. ḡ nōnullū alal currit. ⁊ illa est nō bona. ḡ ⁊c̄. Añs pro scđa parte probatur per regulā. quia arguitur ab inferiori ad suū superius negatione preposita. ergo nō valet cōsequētia. Et ꝙ ꝯña sit bona probatur. nā ista est bona. aliquid quod est homo currit. ḡ aliquod alal currit: ⁊ illa cōuertitur cū priori. ergo prior ꝯña est bona. Et ꝙ prior ꝯña conuertatur cū secunda ꝓbatur. Nam illa ꝓpō nō nihil quod est homo currit: que est añs prime ꝯñe equipollet isti: aliq̄d quod est homo currit: que est añs secunde ꝯñe: ⁊ illa propositio nō nullū animal currit/ que est ꝯñs prime ꝯñe equipollet huic. aliquod alal currit. que est consequens secunde ꝯñe. ergo tota prima ꝯña equipollet toti secunde ꝯñe: ista consequentia patet de se: et antecedens istius per regulam. pre contradic. ergo regula non est bona. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ arguendo ab inferiori ad suū superiꝰ cum negatione preposita vbi superius ⁊ inferius supponit confuse et distributiue non valet consequentia: sed sic non est in proposito.

¶ Alia regula est hec. arguēdo ab actiua ad suam passiuam est consequentia bona. Ex qua sequitur q consequentia bona est non bona. probatur sic. illa consequentia est bona. omnis homo videt hominem. ergo homo videtur ab omni homine. ꝛ ita est nō bona. ergo. ꝛc. maior patet per regulam. Et q non valet probatur/quia casu possibili posito antecedens potest esse verum consequente eiusdē existente falso. ergo non valet ꝯña. Añs probo ꝛ pono istū casum q omnis homo videat seipsum solum et nullū aliud animal. Isto casu posito: hoc antecedens est verū videlicet. oīs homo videt hoīem: qꝛ eius exponentes sunt vere et eius singulares. Et consequens est falsum scilicet homo videtur ab omni homine. vt satis patet per eius singulares. Ideo pro isto dicatur. q illa ꝓpositio homo videtur ab oīm homine non est passiua istius. oīs homo videt hominem: sed ista est sua passiua: ab omni homine videtur homo: ꝛ est vera. vt patet per eius exponentes. ¶ Similiter ex eadē regula sequeret q hec ꝯña foret bona. promitto tibi denariū ergo denarius tibi ꝓmittit. Et q nō valet ꝓbat. ꝛ pono q nō sunt plures denarij q̄ A B ꝛ C. ꝛ q ego ꝓmitto tibi vnū: ꝛ nō limito tibi quē habebis: isto posito est hoc añs verū. s. ꝓmitto tibi denariū: qꝛ casus ponit id. Et ꝯñs est falsum. s. denarius tibi promittitur: qꝛ eius oppositū est verū. s. nullus denarius tibi ꝓmittitur: qꝛ est vniuersalis cuius quelibet singularis est vera: qꝛ nec A tibi promittitur/nec B/nec C et non sunt plures denarij. vt ponit casus. ergo nullus denarius tibi ꝓmittitur.

¶ Ideo pro isto dicatur q non arguitur ab actiua ad suā passiuā et causa est/qꝛ termini eodē mō nō supponūt in ista actiua/ꝓmitto tibi denariū: sicut in illa passiua: denarius tibi ꝓmittit. qꝛ reqritur ad hoc q arguat ab actiua ad suā passiuā. ꝛ si q̄rat q̄ sit passiua istius actiue: ꝓmitto tibi denariū. dicat q illa: a me ꝓmittitur denarius. in illa ꝯña iste terminus denarius stat ꝯfuse tm̄ sicut stat in sua actiua: ꝛ hoc sꝫ reqritur q termini eodē mō supponūt i actiua sicut in passiua.

¶ Alia regula est hec. si oppositum consequentis non potest stare cū añte eiusdem est ꝯña bona. Ex q̄ seqtur q ꝯña bona est nō bona. probatur sic. nā ista ꝯña bona. s. ista consequentia est bona. ergo tu es asinus. ꝛ illa est non bona. ergo ꝛc. Añs probatur pro vtraq parte. primo ꝓ prima parte. et quero. vtrū ꝯña sit bona. Si dicat q sic. Tunc sic arguitur. ista ꝯña est bona: ꝛ añs primarie sic sigt q ꝯña est bona. g añs istius est verū. Et vltra seqtur ista ꝯña est bona et antecedens istius est verum. ergo et consequens. vt patet per istam regulam. Ex falso verum: ex vero nil nisi verum. Et tunc arguitur ex consequente sic. consequēs istius est verū/et cōsequens istius est illa propositio. tu es asinus. ergo illa ꝓpositio. tu es asinus est vera. Et hoc primarie significando. vt suppono: ergo sequitur q tu es asinus. Et si dicatur q illa consequentia non valet. Contra. oppositū consequentis non potest stare cū antecedente eiusdem/ergo consequentia bona. vt patet per regulam prius dictam. antecedens probatur sic. si oppositū consequentis stat cum antecedente eiusdē. Ponatur ergo ista possint simul stare. s. q ꝯña sit bona. ꝛ tm̄ tu non es asinus. Tūc arguitur sic. vtrūq illarū est verū. ergo añs est verū. s. ista consequentia est bona/et illud precise significat q ista ꝯña est bona. scilꝫ ista consequentia est bona: ergo tu es asinus. g sic est q ista ꝯña sit bona. Tūc arguitur sic. illa ꝯña est bona ꝛ totum antecedens est verum. ergo ꝯñs est verū. ꝛ ꝯñs est illud. tu es asinus. ergo illud est verum. ꝛ per consequens tu es asinus.

¶ Ideo pro isto dicatur q illa non est regula scilicet si oppositū ꝯñtis nō potest stare cū antecedente eiusdē est cōsequentia bona. ¶ Sed econtra. hoc est. si sit ꝯña bona: tunc oppositū ꝯñtis nō potest stare cū añte eiusdem. ¶ Et qñ queritur. vtrū hoc argumentū sit bonum vel non. Ista ꝯña est bona: ergo tu es asinus. queratur quā ꝯñam demōstrat. Et si dicatur q demōstrat ꝯñam quā ꝓposui. dicat q nō intelligo demōstrationē: ꝛ causa est. qꝛ ad hoc q intelligat aliqua ꝓpositio reqritur distincta intellectio extremorū ꝛ q demonstratio cadat super rem distinctā ab illis ꝛ a tota illa propositione: sed sic nō est in proposito: qꝛ demonstratur propositio per partem sumpsius: ꝛ ideo non est intelligibilis.

¶ Alia regula est hec. Si sit aliqua cõsequẽtia bona scita a te esse bona: ⁊ añs est scitũ a te: tũc consequẽs est scitũ a te. Ex q̄ sequitur q̄ consequẽtia bona est nõ bona. pbat̄ sic. ista cõsequẽtia est bona. hoc nõ scitur a te. ergo hoc nõ scitur a te. ⁊ demõstro p vtrunq; illorũ hoc cõsequẽs eiusdẽ cõsequẽtie. Tunc ista consequẽtia est bona/ q2 arguitur ab vno ꝯuertibili ad reliquũ. ergo cõsequẽtia bona. Et q̄ nõ valet pbatur q2 añs est scitũ a te fore verũ. videlicet hoc non scitur a te de monstrando ꝯñs per subiectũ añtis. ⁊ consimiliter añs est verũ: quia sigt p̄cise sicut est/ ⁊ tamẽ impossibile est hoc ꝯñs scire a te p̄marie sig̃ando s. hoc nõ scitur a te. Si sit possibile q̄ hoc cõsequẽs sciatur ponatur q̄ sciatur primarie sig̃ando tũc arguitur sic. hec propositio. hoc nõ scitur est scita a te/ ⁊ nihil scitur nisi verũ: ergo hoc ꝯñs hoc non scitur est verũ. Et sequitur vltra. hoc ꝯñs est verum. s. hoc nõ scitur a te. ergo ita est totaliter sicut sigt. Et illud consequẽs primarie sigt q̄ ipsum non scitur. ergo sic est cuius oppositũ ponit regula. ¶ Ideo forte dicatur q̄ regula tenet vbi nõ repugnat consequens sciri sed in ista repugnat consequens sciri. ideo non procedit obiectio. ¶ Sed contra istam regulã arguitur sic ⁊ suppono q̄ in omni propositione vera in cõceptu sequitur ipsam esse veram. sicut ista propõ deus est in conceptu vera. ergo est vera. ⁊ ponatur q̄ ista duo ꝯtradictoria. rex sedet/ ⁊ nullus rex sedet sint in cõceptu tuo/ ⁊ scias q̄ B sit vnũ istoꝝ. Et scias bñ istam propõnẽ. hoc est verũ cõuerti cũ B isto casu posito tu scis istã ꝯñam esse bonã. B est verũ ergo hoc est verũ. q2 arguitur ab vno conuertibili ad reliquũ ⁊c̃. ⁊ añs est scitũ a te. videlicet B est verũ: q2 casus ponit idẽ/ ⁊ tñ hoc ꝯñs non est scitũ a te. videlicet hoc est verũ/ q2 tu nescio qualiter hoc ꝯñs sigt. ¶ Ideo p isto dicatur q̄ ista est recta si sit aliqua ꝯña bona scita a te esse bona: ⁊ añs est scitũ a te: ⁊ non repugnat ꝯñs sciri a te ⁊ scis qualiter añs ⁊ ꝯñs primarie significãt/ tunc sequitur q̄ ꝯñs est scitum a te. sed nõ est in proposito: quia in prima obiectione repugnat consequens sciri: ⁊ in scd̃a obiectione non scis qualiter consequens primarie significat.

¶ Alia regula ẽ hec. a parte disiũctiui ad totũ disiunctum est consequentia bona. Ex qua sequitur q̄ consequentia bona est non bona. probatur sic. ista consequentia est bona. Tu differs ab asino. ergo tu differs ab homine vel ab asino. consequentia patet per regulam. et q̄ non valet probatur sic. eo q̄ antecedens est verũ ⁊ consequens falsum. vt patet per eorum exponentes.

¶ Ideo pro isto dicatur q̄ regula habet sic intelligi q̄ arguendo a parte disiunctiui ad totum disiunctũ sine impedimẽto. est consequentia bona/ sed in proposito arguitur cum impedimento. scilicet cum isto termino differs: qui est terminus confundens.

¶ Alia regula est hec. a toto copulato ad alteram eius partem est consequentia bona. Ex qua sequitur q̄ cõsequentia bona est non bona. probatur sic. Nam ista consequẽtia est bona. vos differtis ab homine ⁊ ab asino. ergo differtis ab homine/ et ista non est bona. ergo ⁊c̃. q̄ sit bona patet per regulam. Et q̄ non valet probatur: quia antecedens est verum et consequens falsum. ergo non valet cõsequẽtia. probatur sic per eoꝝ exponẽtes. Ideo pro isto dicatur q̄ arguendo a toto copulato ad alteram eius partem sine impedimento ⁊c̃. vt supra.

¶ Alia regula est hec. si q̄libet singularis alicuius vniuersalis sit vera: tunc illa vniuersalis est vera. Ex qua sequitur q̄ cõsequentia bona est non bona. Nam ista consequẽtia est bona. quelibet singularis illius vniuersalis omnis homo currit est vera. ergo per regulam vniuersalis est vera. Et q̄ non valet probatur sic. In casu possibili posito añs potest esse verum ⁊ ꝯñs falsum. ergo non valet ꝯña. Antecedens probatur sic. ⁊ pono illũ casum q̄ illa vniuersalis nõ habeat nisi tres singulares/ quarum quelibet est vera: ⁊ pono cum hoc q̄ illa vniuersalis sit falsa primarie significando. Isto casu posito/ antecedens est verum: videlicet istius vniuersalis quelibet singularis est vera et consequens est falsum. scilicet q̄ illa vniuersalis sit vera. omnis homo currit: cũ multi sunt hoĩes nõ currẽtes.

Ideo pro isto dicatur ꝙ non sequitur: quelibet singularis illius vniuersalis est ve-
ra. ergo illa vniuersalis est vera: quia non est regula: sed hec est regula. Si queli-
bet vniuersalis alicuius vniuersalis sit vera: et quilibet supposito subiecto corre-
spondeat vna singularis: tunc vniuersalis est vera: sed sic non est in proposito. ergo
consequentia non valet.

¶ Alia regula ē hec: ab vniuersali affirmatiua ad su
am singularē affirmatiuā sine debito mō nō valet ꝯña. sicut nō seqtur: oīs hō cur-
rit. ergo iste hō currit: te demōstrādo. Ex q̄ seqtur ꝙ ꝯña bona est nō bona. Nā ista ꝯña
est bona. oīs sol lucet: ergo iste sol lucet: qꝛ in nullo casu possibili posito pōt aña esse ve-
rū ⁊ ꝯñs falsum: ergo ꝯña bona. Et ꝙ nō vꝫ ꝓbaᷓ: qꝛ arguitᷓ ab vniuersali affirmatiua
ad suā singularē sine medio. ergo nō valet ꝯña. Ideo ꝓ isto dicaᷓ ꝙ qñ arguitᷓ ab vni-
uersali affirmatiua ad suā singularē affirmatiuā cuius subiectū supponit ꝓ re corru-
ptibili nō vꝫ ꝯña sine medio. sicut nō seqtur. oīs hō currit. ergo iste hō currit: sed debet
addere debitū mediū isto mō. oīs hō currit: iste est hō: ergo iste hō currit. Sed ab vni-
uersali affirmatiua ad suā singularē affirmatiuā: cuius subiectū supponit ꝓ re incor-
ruptibili est ꝯña bona sine debito medio. vt omnis sol lucet. ergo iste sol lucet.

¶ Alia regula est hec: arguēdo a tota disiūctiua ad al
terā eius partē cū opposito vnius ptis est ꝯña bona. Ex qua seqtur ꝙ ꝯña bona est non
bona: ꝓbatur sic. Nā ista ꝯña est bona. tu es asinus vel tu nō es asinus: sed tu nō es asi-
nus. ergo tu es asinus. ꝯña ptꝫ ꝑ regulā. Et ꝙ nō valet ꝓbatur: qꝛ totum aña est verū / et
ꝯñs falsū. ergo nō valet ꝯña. Ideo ꝓ isto dicaᷓ ꝙ arguēdo a tota disiūctiua ad alterā
eius ptē: vel cū opposito vnius partis vbi oppositū eqͥuis non sumitur in minori est ꝯña
bona. vt sic arguēdo. Tu es asinus vel tu non es asinus: sed tu es asinus: ergo tu es asinus
Vel sic. Tu es animal vel tu non es animal. sed tu es animal. ergo tu es animal. ⁊c̄.

¶ Alia regula est hec: a tota disiūctiua ad alterā eius
partē nō valet ꝯña. Ex qua sequitur ꝙ consequentia bona est non bona. Nam ista
consequentia est bona: tu es homo vel tu es animal: ergo tu es animal. quia in ca-
su possibile posito antecedens non potest esse verum et ꝯñs falsum. ergo ꝯña bona:
⁊ ꝙ non valet probatur per regulā. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ ista est regula a tota
disiunctiua ad alterā eius partē cuius neutra pars est antecedens vel superior ad
alterā non valet ꝯña: sed sic nō est in ꝓposito: qꝛ vna pars est aña ad aliā. ¶ Et no-
tandū ꝙ quattuor modis est ꝯña bona a tota disiūctiua ad alterā eius partē. Pri-
mo mō quando vna pars a qua arguitur est inferior ad alterā concludēdo superio-
rem est ꝯña bona. vt tu es homo vel tu es animal. ergo tu es animal. Secundo mō
quādo vna pars est cōuertibilis cum alia concludendo quancunqꝫ partē est conse-
quentia bona. vt tu es homo vel tu es risibilis: ergo tu es risibilis. Tertio mō qñ
vna pars est possibilis: et alia impossibilis concludendo partem possibilē est con-
sequētia bona. vt tu es asinus vel tu es homo. ergo tu es homo. Quarto modo qñ
vna pars est contingens ⁊ alia necessaria: concludendo partē necessariā est conse-
quentia bona. vt tu curris vel deus est. ergo deus est.

¶ Alia regula ē hec: a parte copulatiue ad totā copu-
latiuā nō valet cōsequētia ex q̄ seqtur ꝙ cōsequētia bona est nō bona. Nā ista cōse-
quētia est bona. tu es hō: ergo tu es hō ⁊ tu es animal. qꝛ in nullo casu possibili posito
aña pōt esse verū ⁊ cōsequēs falsum. ergo ꝯsequētia bona. Et ꝙ nō valet ꝓbaᷓ ꝑ regu-
lam. Ideo pro isto dicatur ꝙ arguēdo a parte copulatiue ad totam copulatiuam
vbi neutra pars est aña vel superior ad aliam non valet cōsequentia. Sed sic non
est in proposito: quia vna pars est aña ad aliam. ergo consequentia bona. ⁊c̄.

¶ Alia regula est hec: oīs ꝓpositio de ꝯtīgēti debet cō
uerti ꝑ oppositas q̄litates ab affirmatiua ad negatiuā: ⁊ ecōtra. vt contingit regē
sedere: ⁊ contingit nullū regē sedere. Ex qua sequitur ꝙ consequentia bona est non
bona. Nam ista consequentia est bona. Contingit nullū mouens esse hominem. er-
go cōtingit omē mouēs esse hominē vt ptꝫ per regulam. Et ꝙ non valet probaᷓ sic.

Ãñs est possibile: et ꝯña impossibile. ergo non valet ꝯsequentia. Antecedens probatur sic. qꝛ possibile est nullum mouens esse hominē. ⁊ ꝯña impossibile. s. ꝙ contingit omne mouēs esse hoiem: qꝛ celum non est homo/ nec arboꝛ: ⁊ sic de multis aliis. ¶ Ideo ꝓ isto dicaṫ negando primā ꝯñam. s. ꝯtingit nullū mouēs esse hominē. ergo ꝯtingit oē mouēs esse hoiem. Et causa est: qꝛ nō opoꝛtet ꝙ vniuersalis ꝯuertaṫ in vniuersalē: sed sufficit ꝙ vniuersalis ꝯuertaṫ in particularē. vt ista ꝓpō: ꝯtingit nullū mouēs esse hoiem: sic debet ꝯuerti. ergo ꝯtingit aliquod mouēs esse hoiem.

¶ Alia regula est hec: ab oībus singularibus sufficienter sumptis ad eoꝝ vniuersale est ꝯña bona/ hoc est verum: ⁊ hoc est falsum. ergo verū est falsum. ꝯña patet: ⁊ maioꝛ patet ꝑ regulā/ ⁊ minoꝛ ꝓbaṫ sic. qꝛ nō sequitur. hoc istoꝝ esse verū est possibile: ⁊ hoc istoꝝ esse verū est possibile: ⁊ nō sunt plura istoꝝ. ergo vtrumqꝫ istoꝝ esse verū est possibile. demōstrando ꝑ ly istoꝝ illa duo ꝯtradictoꝛia. Rex sedet ⁊ nullus rex sedet: qꝛ añs est verum ⁊ ꝯñs falsum. vt patet per officiātes añtis ⁊ ꝯñtis. ergo ꝯña non valet: et est bona per regulam. ergo contradictio. ⁊c̄. ¶ Similiter hoc est verū istū hoīem coꝛrūpi est possibile: ⁊ istum hominē coꝛrūpi est possibile. et sic de singulis. ergo oēm hominē coꝛrūpi est possibile. ꝯña patet per regulam. Et ꝙ non sit verū ꝓbatur: qꝛ añs est verū ⁊ ꝯñs est impossibile. vt patet per officiantes antecedentis ⁊ consequētis. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ arguendo a singularibus sufficienter sumptis ad eoꝝ vniuersale in propositionibus de inesse est consequentia bona: sed sic non est in proposito/ eo ꝙ ambe vniuersales sunt propositiones modales: ⁊ ideo non procedit obiecto.

¶ Alia regula est hec: oīs ꝓpositio vniuersalis habet conuerti ꝑ accidēs. Ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona. Nam illa est bona. Omne A erit verū. ergo quoddam verū erit A. patet ꝯña. quia arguitur a conuertente ad suam cōuersam conuersione per accidēs. ergo ꝯña bona. Et ꝙ non valet probatur sic: qꝛ in casu possibili posito/ añs pōt esse verū ⁊ ꝯñs falsum. ergo non valet ꝯña. quod probatur sic. et pono ꝙ A sit illa ꝓpō deus est que sit vera: et ꝙ illa propositio deus est similiter sit vera: et ꝙ illa ꝓpositio deus est nunqꝫ post hoc erit A. Et pono cum hoc ꝙ non sit nec erit aliquod A nisi hoc A quod est iam. tunc antecedens est verum omne A erit verum. vt patet per eius exponentes et eius singulares: ⁊ cōsequens est falsum. scilicet quoddam verum erit A. quia eius contradictoꝛium est verum/ videlicet nullū verum erit A. quia nullum verum quod est A erit A/ nec aliquod verum quod erit A erit A. ergo nullum verū erit A. ¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ illa propositio. omne A erit verū: nō habet sic cōuerti. ergo quoddam verū erit A. Et causa est: quia iste terminus verum in antecedēte ponitur a parte predicati respectu verbi de futuro: ⁊ supponit tantum pro illo quod erit verum: et in consequente ponitur a parte subiecti respectu verbi de futuro: et supponit indifferēter scilicet pro tali quod est verum: vel pro tali quod erit verū: et ideo mutatur suppositio: ⁊ sic non valet ꝯña. Sed sic debet conuerti. omne A erit verum ergo quoddam futurum verum est vel erit A. Et sic patet responsio.

¶ Alia regula est hec: cuicunqꝫ des possibile ꝯtingēs debetur eisdem. Ex qua sequitur ꝙ necessarium est contingens: quia illa propositio est necessaria: deus est. qꝛ sicut primaria significat necesse est esse. ergo est necessaria. Et ꝙ sit contingens probatur: quia est possibilis ergo est contingens. consequentia patet per illam regulam. Cuicunqꝫ des possibile contingens detur eidē.

¶ Ideo pro isto dicatur ꝙ dupliciter diciṫ possibile. scilicet possibile valens ad apposita: et possibile non valēs ad opposita. Possibile valens ad opposita dicitur contingens ad vtrumlibet: et isto modo loquendo de possibili ista propositio (deus est) non est possibilis valēs ad opposita: sed est possibilis non valens ad opposita. qꝛ est necessaria: et isto modo loquendo de possibili est concedendum ꝙ omnis propositio necessaria est contingens: quia est possibilis ¶ Et eodem modo dicatur ꝙ dupliciter dicitur contingens scilicet contingēs valens ad opposita: ⁊ contingens non valens ad opposita: ⁊ ideo pro isto dicatur cui-

cunq; des possibile non valens ad opposita contingẽs non valens ad opposita detur eidem. Ut possibile est deum esse. ergo contingẽs est deum esse. Ista consequentia est bona. accipiendo antecedens et consequens pro possibili et contingenti non valentibus ad opposita.

¶ Alia regula est hec: in omni consequẽtia bona ꝗ formali/quicqd sequitur ad ꝯñs sequitur ad añs. Ex qua sequitur ꝙ ꝯsequẽtia bona est non bona. Nam illa ꝯña est bona. tripedale est. ergo bipedale est. vt satis patet. Et ꝙ non valet probatur sic. quia aliquid sequitur ad consequens quod non sequitur ad antecedens. ergo non valet ꝯsequẽtia. Antecedens probatur sic. Nam sequitur. bipedale est. ergo pedale est precise sua maxima medietas. ⁊ tamen non sequitur tripedale est. ergo pedale est precise sua maxima medietas. ergo aliquid sequitur ad consequens quod non sequitur ad antecedens. ergo consequentia non valet. ¶ Pro isto dicatur concedendo regulam: et concedendo ꝙ consequentia sit bona. tripedale est. ergo bipedale est. Similiter concedendo istam. bipedale est. ergo pedale est precise sua maxima medietas. Et qñ arguitur ꝙ non valet ꝯña. tripedale est. ergo pedale est precise sua maxima medietas. dicatur dubitando ꝯñam ex hoc ꝙ hoc relatiuũ sua potest referre ad illũ terminũ tripedale vel ad illũ terminũ bipedale. Si referatur ad istũ terminũ bipedale est ꝯña bona. sed si referaꝛ ad istũ terminum tripedale non valet consequentia: ⁊ causa est quia nõ fit relatio ad illũ terminũ in alia ꝯsequentia: ⁊ sic non est eadẽ propositio que fuit prius. Et dicatur ꝙ regula non tenet in ꝯña materiali: nec in terminis dependentibus: nec in terminis relatiuis: sed hic arguitur cũ termino relatiuo: ⁊ sic nõ valet ꝯsequẽtia.

¶ Alia regula est hec: omne relatiuum habet exponi per ⁊/et per ille. vel per ⁊/et per illa. vel per ⁊/et per illud. Ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est non bona. Nam ista consequentia est bona. tu differs ab animali quod est asinus. ergo tu differs ab aïali ⁊ illud est asinus. vt patet per regulam. Et ꝙ non valet probatur. quia antecedens est verum ⁊ consequens falsum ergo ⁊c̃. ¶ Pro isto dicatur ꝙ hec non est regula: sed ista. omne relatiuum non impeditũ habet exponi per ⁊ et per illud. Sed in proposito impeditur per hoc verbum differt. et sic non procedit obiectio. Et similiter est regula ꝙ nullum relatiuum relatum ad antecedens supponens confuse ⁊ distributiue nec confuse tantum habet sic exponi: sed solum relatiuum habet exponi per ⁊/et per illud quando refertur ad antecedẽs supponens determinate vel discrete ⁊ non aliter.

¶ Alia regula ẽ hec: ab vniuersali ad suam exclusiuã in terminis rectis transpositis. ⁊c̃. est ꝯña bona: ex qua sequitur ꝙ ꝯña bona est nõ bona. nam illa ꝯña est bona. quilibet homo est vnus solus homo. ergo tñ vnus solus homo est homo. Et ꝙ non valet probatur sic. qa añs est verũ ⁊ ꝯñs falsum. g̃. ⁊c̃. Et ꝙ ꝯñs sit falsum probatur sic. Mulier est homo et mulier est aliud ꝙ̃ vnus solus hõ. g̃ nõ tñ vnus solus hõ est hõ. ¶ Ideo pro ista dicaꝛ ꝙ nõ est exclusiua sua: qꝛ ad hoc ꝙ foret eius exclusiua reqritur ꝙ termini eodem modo supponant in vna sicut in alia: ⁊ ꝓ eisdẽ solummodo: sed non est sic in ꝓposito: qꝛ subiectũ in vniuersali restringitur per ly quilibet supponere pro masculis tantum: et predicatum in exclusiuis supponit tam pro masculis ꝙ̃ pro femellis: et ideo non est eius exclusiua: sed hec est eius exclusiua: tantum vnus solus homo est homo masculus.

¶ Alia regula est hec: negatio preposita facit ꝓpositionem eqpollere suo ꝯtradictorio ꝓbo ꝙ nõ: qꝛ tunc seqtur ꝙ tu es asinus: qꝛ sequitur aliquo currente tu es asinus. g̃ dum aliqs currit tu es asinus: vel qꝛ aliqs currit tu es asinus: et si aliqs currit tu es asin⁹: sed qualitercunq; exponiꝛ seqtur ꝙ tu es asinus. Si negeꝛ illa aliquo currẽte tu es asin⁹. ꝓponaꝛ illa. nõ aliquo currente tu es asinus. Si concedatur. ergo nullo currente tu es asinus. ꝯña probatur sic: quia negatio preposita facit propositionẽ equipollere suo cõtradictorio. Et tunc arguitur sic ex antecedente non aliquo antecedente currẽte tu es asinus. ergo dum non aliquis currit tu es asinus. ꝯña patet per regulam prius allegatam: quia ablatiuus

casus absolut⁹ habet exponi ꝑ dū/si/q̄a/ꝛ qñ. Et seq̄tur. dū nõ aliq̄s currit tu es asinus: sed nõ aliq̄s currit. vt suppono. ḡ tu es asinus. ¶ Pro isto dicat̄ ꝯcedẽdo regulā et negãdo aliquo currẽte tu es asinus. ꝛ etiā nullo currẽte tu es asinus: q̄a nec sunt opposita. q̄a iste sunt propositiones hypothetice: ideo non sunt opposita: et qñ arguitur non aliquo currente tu es asinus. dicatur concedendo: ꝛ tūc qñ concluditur. ergo nullo currente tu es asin⁹. negetur ꝯña: nec stant ꝯtradictorie: q: vtraq̄ istarū est hypothetica. Et tūc qñ arguitur ex añte. nõ aliquo currẽte tu es asinus. ḡ dū nõ aliquis currit tu es asinus. dicatur negãdo illam ꝯñam: q̄a in añte illa negatio nõ negat totū: ꝛ in ꝯñte nõ negat nisi vnā particulā. ideo oportet sic argui. non aliquo currente tu es asinus. ergo non est ita dum aliquis currit tu es asinus.

¶ **Alia regula est hec: negatio postposita facit propositionē equipollere suo contrario.** Ex qua probo q̄ nullum animal est. quia nullum animal aial est. ergo nullum animal est. ꝯña patet/q: ex opposito ꝯñtis sequitur oppositū añtis. Nam sequitur aliquod aial est. ḡ aliquod aial aial est. Añs probo: q̄a quodlibet aial aial nõ est: ḡ nullū aial aial est. ꝯña patet. q̄a negatio postposita ꝛc̄. Añs ꝓbo sic. hoc aial aial nõ est. ꝛ hoc aial aial nõ est. ꝛ sic de aliis. ergo. ꝛc̄. ꝯña ptz a singularibus sufficienter sumptis. ꝛc̄. Antecedens probatur. hoc animal asinus non est: ꝛ omnis asinus est animal. ergo ꝛc̄. consequentia patet ab inferiori ad suū superius negatione postposita. ¶ Pro isto dicatur q̄ negatio postposita facit propositionem equipollere suo contrario: si immediate postponatur termino distributo. Sed in illa: quodlibet animal animal non est. negatio non immediate postponitur termino distributo: ideo non tenet regula.

¶ **Alia regula est hec: omis propositio vniuersalis negatiua habet conuerti simpliciter.** Et q̄ ista regula sit falsa probatur. quia ꝯña nõ valet. Nullus sortes fuit albus. ergo nullum album fuit sortes. et hec est conuersio simplex. Et q̄ consequentia non valet probatur. ꝛ pono q̄ nunq̄ ante hoc sortes fuit albus. ꝛ q̄ sortes nunc primo sit albus: tunc antecedens est verum: et consequens falsum probatur sic. quia oppositum consequentis est verum. ergo consequens est falsum. Antecedens probatur. hoc est verum. aliquod album fuit sortes: et hoc est eius oppositū. ergo maior probatur. Illud quod est vel fuit album fuit sortes. ergo aliquod album fuit sortes. Ideo dico concedendo regulā: et tunc ad argumentum quando dicitur: illa consequentia non valet: et illa est conuersio simplex. ergo concedatur ꝯña. ꝛ negetur minor. ꝛ dicat̄ q̄ sic debet ꝯuerti. nullus sortes fuit albus. ḡ nullū preteritū albū est nec fuit sortes. ¶ Contra istā regulā ab inferiori ad suū superi⁹ determinate est ꝯña bona. ꝓbatur q̄ nõ. q: illa ꝯña nõ valet. tu es hõ. ḡ tu es nõ homo: ꝛ tñ ille termin⁹ nõ hõ est superior ad istū terminū homo: q̄a plus cõtinet sub se q̄ iste terminus hõ. ḡ superior. ¶ Ad illud dicat̄ q̄ iste termin⁹ hõ non est inferior ad illum terminum non homo. nec iste terminus non homo est superior ad istum terminū homo: quia licet iste terminus non homo significat plura q̄ ille terminus homo: nõ tñ sig̃t idē quod requiritur ad hoc q̄ vnū sit superi⁹ ad aliud ꝛc̄.

¶ Expliciunt obiectiones consequentiarum.

Sophisma est oratio deceptoria ad cui⁹ vtramq̄ partem contingit euidenter arguere.

¶ Tria requiruntur ad sophisma. s. probatio/improbatio/et solutio. Probatio est ostẽsio vitatis. Improbatio est ostẽsio falsitatis. Solutio est manifestatio cautele ꝑ quā accidit falsitas vel deceptio. ¶ Sciendū q̄ quattuor modis debem⁹ rn̄dere ad argumentū vel ad sophisma. s. ꝯcedẽdo/negãdo/dubitãdo: vel distinguẽdo. Cõcedẽdo qñ est verū. negãdo qñ est falsum. dubitãdo qñ est dubiū. distinguẽdo qñ est multiplex. Et est multiplex qñ habet plures sensus quorum vnus est falsus ꝛ alius verus. Si cõcedatur sophisma. tunc respondendū est ad eius improbationem. Si negatur/tunc respondendū est ad eius probationē. Et ponit philosophus istam regulā. Nulla est affirmatiua vera in qua vniuersale vniuersaliter sumptū predicat̄

de se: hoc habet intelligi in terminis habentibus multa supposita in actu. vt omnis homo est oīs hō: sed in negatiuis non tenet ista regula. ⁊c̄. Et sic sequitur sophisma.

¶ Omnis homo est omnis homo: istud sophisma pro-

batur sic. iste homo est iste homo: ⁊ iste homo est iste homo: ⁊ sic de singulis. ergo omnis homo est oīs homo. ꝯña patet a singularibus sufficienter sumptis ad eorū vniuersale. ergo ꝯña bona. añs probatur sic. ad habendū singulares alicuius vniuersalis nō plus requiritur nisi demere signū vniuersale: et in loco eius ponere pronomē demonstratiuū: ⁊ sic est in proposito. ergo ꝯña bona. Añs probatur sic. iste sunt singulares alicuius vniuersalis: sed nullius nisi istius. s. oīs homo est oīs homo. ergo sunt eius singulares. ¶ Similiter sophisma probatur sic. Nulla ꝓpositio est verior illa in qua idem predicatur de se: sed hic idem predicatur de se. ergo sophisma verū. Minorē probo. idem est subiectū ⁊ predicatū. ergo. ⁊c̄. ¶ Ad oppositum arguitur sic. Nulla est ꝓpositio vera in qua vniuersale vniuersaliter sumptum predicatur de se: sed sic est hic. ergo sophisma falsuꝫ. ¶ Aliter improbaᷓ sic. ꝯtradictoriū est verū. ergo hoc est falsum. Añs probatur sic. hoc est suū ꝯtradictoriū. aliquid quod est homo nō est oīs homo: ⁊ hoc est verū. ergo eiꝰ contradictoriū est verū. Añs probatur sic. qꝛ est particularis cuius qlibet singularis est vera. ergo particularis est vera. añs ꝓbatur sic. hoc quod est hō nō est omnis homo: vel hoc qđ est homo nō est oīs homo. ⁊ sic de singulis ergo aliqđ qđ est hō non est oīs homo. ⁊c̄. ¶ Similiter sic improbatur. suū contrariū est verū. ergo sophisma falsum. Añs ꝓbatur sic. hoc est verū. nihil qđ est homo est omnis homo: ⁊ hoc est suū contrarium. ergo sophisma falsum. ¶ Pro isto dicendum est negando sophisma: qꝛ est vniuersalis cuiꝰ quelibet singularis est falsa. Et ad primū argumentū qñ dr̄. ꝙ iste homo est iste homo: et iste homo est iste homo. ⁊ sic de singulis. ¶ Querendū est vtrū idē homo demonstratur per subiectū et predicatū si sic negeᷓ ꝯña. Si aliud demōstratur per subiectū ⁊ aliud per predicatū. concedatur ꝯña/ et negetur añs: qꝛ est impossibile. ¶ Ad primā propositionē añtis qñ dr̄: ꝙ arguitur a singularibus sufficienter sumptis. dicendū est ꝙ non sunt eius singulares: sed sunt singulares istiꝰ vniuersalis. omnis homo est iste homo. Et singulares istiꝰ. oīs homo est oīs homo. sunt iste. iste homo est oīs homo: ⁊ iste homo est oīs homo: ⁊ sic de singulis. Ad scđam probationē añtis qñ dr̄. ad habendū singulares alicuius vniuersalis non plus requiritur. ⁊c̄. hoc verū est a parte subiecti: sed nō a parte predicati. Et ad aliud cū dr̄ sunt singulares alicuiꝰ vniuersalis: sed nullius nisi istius. ꝯcedatur ꝯña ⁊ negetur añs ꝓ minore ⁊c̄. ¶ Itē ad aliud qñ dicitur ꝙ nulla ꝓpositio est verior illa. ⁊c̄. ꝯcedatur ꝯña: ⁊ negetur añs pro minore. ⁊ qñ dicitur idem est subiectum ⁊ idem predicatum. concedatur ꝯña/ ⁊ negatur añs. quia homo est subiectum. ⁊ omnis homo est predicatum. Dico etiam ꝙ illa regula nulla propositio est verior illa. ⁊c̄. habet intelligi vbi res significata per subiectum est res significata per predicatum. ⁊ sic patet responsio.

¶ Omnis homo est totum in quantitate.

¶ Istud sophisma probatur sic. Iste homo est totum in quantitate/ et iste et iste. et sic de singulis. ergo omnis homo est totum in quantitate. consequentia patet a singularibus sufficienter sumptis ad totū vniuersale. ergo ꝯña bona. Añs ꝓbatur sic. Iste homo est totū: ⁊ iste homo est in quantitate. ergo iste homo est totū in quantitate. ꝯña patet a duobus predicatis diuisis ad vnū coniunctū. vbi nulla pars aliter significat in compositione ꝙ significat per se. ergo ꝯña bona. Et ꝙ iste homo sit totum probatur sic. iste homo est compositus ex omnibus suis partibus integralibus. ergo iste homo est totum. Et ꝙ sit in quantitate probatur sic. Iste homo est in loco/ ⁊ oīs locus est quantitas. ergo iste homo est in quantitate. maior probatur sic. Iste homo est in certo loco in quo est. ergo iste homo est in loco. ꝯña patet ab inferiori ad suū superius sine aliquo impedimento. ergo ꝯña bona.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Omnis homo est totū in quantitate/ iste est homo. ergo iste homo est totū in quantitate. ꝯña patet/ qꝛ est syllogismus in darij. ⁊ ꝯña est falsum. ergo añs. sed non minor. ergo maior: ⁊ illud est sophisma. ergo sophisma est falsum. Et ꝙ ꝯña est falsum

probo sic: quia sequitur: iste homo est totū in quātitate: ergo totum in quantitate est iste homo. cōsequentia patet per cōuersionē simplicē. Et sequitur vltra. totū in quantitate est iste homo. ergo oīe in quantitate est iste homo. cōsequētia patet ab vno cōuertibili ad reliquum. Tūc arguitur sic. Omne in quātitate est iste homo: asinus est in quantitate. ergo asinus est iste homo.

¶ Pro isto dicatur concedendo sophisma: q2 est vniuersalis cuius quilibet singularis est vera. Tūc ad primū argumentū improbationis qñ dr. q2 oīs homo est totū in quātitate ⁊c. cōcedatur ꝯña. et negetur q2 ꝯña est falsum. Et qñ arguitur. iste homo est totū in quantitate. ergo totū in quātitate est iste homo. distiguat vlsalis de ꝯñti eo q2 ly totū pōt sumi cathegoreumatice vel syncathegoreumatice. Si sumitur cathegoreumatice: ꝯcedatur ꝯña ⁊ ꝯñs. Si sumatur syncathegoreumatice: negetur ꝯña. Pro quo nota q2 iste terminus totū totaliter p̄cedit in ꝓpositiōe: ⁊ tūc pōt sumi indifferēter cathegoreumatice vel syncathegoreumatice: sed qñ aliqs terminus p̄cedit ipm solū accipitur cathegoreumatice: ⁊ tūc sigt aliqđ aggregatū ex partibus suis. Sed qñ accipitur syncathegoreumatice est signū vniuersale distribuens ꝑ partib⁹ integralibus. Et qñ arguitur sic. Totū in quātitate est iste homo. ergo oē in quātitate est iste homo. negetur ꝯña. quia oīe ⁊ totū non cōuertuntur: q2 hoc signū vniuersale oīe distribuit ꝑ partibus subiunctiuis: ⁊ hoc signū totum distribuit pro partibus integralibus. Pars subiunctiua est singulare alicuius vniuersalis. Uel est illa que est minoris cōmunitatis. Et pars integralis est membrum: vt manus/pes/caput ⁊c.

¶ Omnis homo est vnus solus homo.

¶ Istud sophisma ꝓbatur. Iste homo est vn⁹ solus homo. et iste homo est vnus solus homo: ⁊ sic de singulis. ergo oīs homo est vnus solus homo. cōsequentia patet a singularibus sufficienter sumptis ad corū vniuersale. ergo cōsequentia bona. ¶ Aliter ꝓbatur sic. Tantū vnus solus homo est homo. ergo oīs homo est vn⁹ solus homo. ꝯña patet ab exclusiua ad suū vniuersale in terminis rectis/ in terminis transpositis/ ⁊ in singulari numero. ergo ꝯña bona. Añs ꝓbatur sic. quilibet homo est vn⁹ solus homo. ergo tm̄ vn⁹ solus homo est homo. cōsequētia patet ab vniuersali ad suā exclusiuam. ergo consequentia bona. ¶ Similiter sic oīs homo masculus est vn⁹ solus homo: nulla mulier est homo. ergo oīs homo est vnus solus homo. ꝯña patet: ⁊ minor ꝓbatur sic. Omnis homo differt a muliere. ergo nulla mulier est homo. Añs ꝓbatur per eius expōnētes. oīs homo est/ ⁊ mulier est/ ⁊ nō omnis homo est mulier. ergo oīs homo differt a muliere cōsequentia patet ab exponentibus ad expositum. ergo consequentia bona.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Oīs homo est vn⁹ solus homo: mulier est homo. ergo mulier est vn⁹ solus homo. Ista ꝯña est bona: ⁊ ꝯsequēs est falsum. ergo ⁊ añs: sed nō minor. ergo maior et maior est sophisma. ergo sophisma falsum. Et q2 ꝯñs sit falsum ꝓbatur sic. q2 sequitur. mulier est vn⁹ solus homo. ergo mulier est masculus. ⁊ hoc est falsū. ¶ Aliter improbatur sic. aliquid quod est homo nō est vnus solus homo. ergo non omnis homo est vnus solus homo. ꝯña patet ab equipollente ad suū equipollens. ergo cōsequentia bona. Añs probatur sic. quia hoc quod est homo non est vnus solus homo: demonstrando mulierē: ⁊ hoc est aliquid quod est homo. ergo aliquid qđ est homo nō est vnus solus homo. consequentia patet medio termino existente hoc aliquid est necesse duo extrema coniungi ⁊c.

¶ Pro isto dicatur negando sophisma.

¶ Et ad primū argumentū qñ dr. iste homo est vnus solus homo/ ⁊ iste/ ⁊ iste. et sic de singulis. Querendū est vtrū iste terminus sic de singulis supponit tam pro masculis q̄ ꝑ femellis. si sic concedatur ꝯña: ⁊ negetur añs: q2 habet vnā singularē falsam. Si tm̄ ꝑ masculis negetur ꝯña. Et qñ dr a singularibus sufficienter sumptis negetur illud: quia subiectum in vniuersali stat pro masculis ⁊ ꝑ femellis.

Et ad aliud qn̄ dr. Tm̄ vnus solus homo est homo. ergo omnis homo est vnus solus homo. cōcedatur ꝯña: ꝛ negetur añs: quia habet vnam exponentem falsam.
¶ Ad aliud qn̄ dr. quilibet homo est vnus solus homo. ergo tm̄ vnus solus homo est homo. negetur ꝯña. Si dicatur ꝙ ꝯña tenet ab vniuersali ad suam exclusiuā. ergo ꝯña bona. negetur: quia non est eius exclusiua. Et causa est quia predicatū in exclusiua non supponit precise ꝛ pro eisdem pro quibus supponebat subiectū in vniuersali: quia predicatū in exclusiua supponit tā pro masculis ꝙ̄ pro femellis: ꝛ subiectū in vniuersali supponit pro masculis tantū. ¶ Et ad aliud quando dicitur: oīs homo masculus est vnus solus homo: nulla mulier est homo. ergo omnis homo est vnus solus homo. concedatur ꝯña: et negetur añs pro minori. Et qn̄ arguitur. omnis homo differt a muliere. concedatur ꝯña. et negetur añs. Et qn̄ probatur per eius exponentes. negatur ꝯña: quia scđa exponens non est eius exponens. quia exponitur ratione istius termini differt. vbi debet exponi ratione istius termini omnis: quia sic habet exponi. homo differt a muliere: et nihil est homo quin illud differt a muliere: ꝛ hoc est falsum: quia mulier est aliquid quod est homo: ꝛ illud non differt a muliere.

¶ Omnes apostoli dei sunt duodecim.

¶ Istud sophisma probatur sic. Isti sunt duodecim/ et isti sunt oēs apostoli dei. ergo omnes apostoli dei sunt duodecim. ꝯña patet per hanc regulā. Medio termino existente hoc aliquid necesse est extrema cōiungi. ¶ Et nota ꝙ quādo hoc aliquid est medius terminus: tunc est syllogismus in tertia figura.

¶ Ad oppositum arguitur.

¶ Oēs apostoli dei sunt duodecim. Petrus ꝛ Paulus sunt apostoli dei. ergo Petrus ꝛ Paulus sunt duodecim. ¶ Siīliter sic. Aliqui sunt apostoli dei qui nō sunt duodecim. ergo non oēs apostoli dei sunt duodecim. cōsequentia patet ab equipollente ad suum equipollens. antecedens probatur sic. Duo sunt apostoli dei/ ꝛ duo non sunt duodecim. ergo aliqui sunt apostoli dei qui non sunt duodecim.

¶ Pro isto respondendū est distinguēdo sophisma.

eo ꝙ est signū vniuersale omnis potest sumi collectiue vel diuisiue. Si sumatur collectiue: tunc sīgt ꝙ oēs apostoli dei simul sumpti sunt duodecim. et sic sophisma est verū. Sed si sumatur diuisiue. negetur sophisma. quia tunc significat solum ꝙ isti sunt duodecim: demonstrando Petrum ꝛ Paulum. quod est falsum.
¶ Tunc ad primū argumentū quando dicitur. ꝙ isti sunt duodecim: et isti sunt oēs apostoli dei. ergo ꝛc̄. concedetur ꝯña si sumatur collectiue. Ad secundū argumentū quādo dicitur. oēs apostoli dei sunt duodecim. Petrus ꝛ Paulus sunt apostoli dei. ergo ꝛc̄. negetur ꝯña. si hoc signū omne sumatur collectiue. Et si dicatur ꝙ est syllogismus in darij. negetur: q2 prima premissa nō est vniuersalis. Ad tertiū argumentū qn̄ dr aliqui sunt apostoli dei qui non sunt duodecim. negetur cōsequentia. Et quando dicitur. ꝙ arguitur ab equipollente ad suū equipollens. negetur: q2 nō equipollet. Cōtra vna est vniuersalis affirmatiua: ꝛ alia particularis negatiua: ꝛ sunt de eisdem terminis ꝛ pro eisdē supponentibꝰ. negetur ꝙ est vniuersalis affirmatiua: quia vtraqꝫ est particularis: si hoc signum omne collectiue teneatur. Sed ista propositio. non oēs apostoli dei sunt duodecim. equipollet huic. nulli apostoli dei sunt duodecim ꝛc̄.

¶ Omne animal fuit in archa noe.

¶ Istud sophisma probatur sic. et pono ꝙ de qualibet specie animaliū fuit vnū indiuiduum in archa noe: ꝛ nō plura: ꝛ ꝙ A sit illud tēpus diluuij in quo nō fuerunt in archa noe. Tunc sic. homo fuit in archa noe: leo fuit in archa noe: capra fuit in archa noe. et sic de singulis speciebꝰ animaliū. ergo omne animal fuit in archa noe. cōsequentia patet per inductionē. ¶ Similiter sic. Omne animal qđ fuit vnq̄ fuit in archa noe. ergo oīe animal fuit in archa noe. Antecedēs probatur sic. Oīe animal qđ fuit aliqn̄ fuit in archa noe/ omne animal quod fuit

vnq̃ fuit aliquãdo. ergo om̄e animal quod fuit vnq̃ fuit in archa noe. Antecedens ꝓbatur sic. Omne animal quod fuit in A fuit in archa noe. Omne animal quod fuit in A fuit aliquando. ergo omne animal aliquando fuit in archa noe. consequentia patet: quia est syllogismus.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Omne animal fuit in archa noe: om̄is homo est animal. ergo om̄is homo fuit in archa noe. cõsequentia patet: quia est syllogismus in barbara. ¶ Sil'r sic. Om̄e animal fuit in archa noe. ergo omne animal qđ est ⁊ qđ fuit/fuit in archa noe. Si cõcedatur: tunc sic. Omne animal quod est fuit in archa noe/hoc est animal qđ est. ergo hoc fuit in archa noe. demonstrando per ly hoc vnũ hominẽ. Si cõcedatur antecedẽs: tunc sic. Omne animal quod fuit/fuit in archa noe. hoc est animal qđ fuit. ergo hoc fuit in archa noe. demonstrãdo per ly hoc aliũ hominẽ. Si cõcedatur: tũc sic. Ista duo animalia fuerũt in archa noe/⁊ ista duo animalia sunt duo homines. ergo duo homines fuerũt in archa noe: quod est cõtra casum. ꝯña patet. medio termino existente hoc aliqđ necesse est extrema cõiungi.

¶ Pro isto respondendum est.

¶ Negando sophisma: ⁊ admittẽdo casum: ⁊ tũc ad primũ argumẽtũ qñ arguitur sic. Homo fuit in archa noe: leo fuit in archa noe ⁊c. negetur ꝯña. Et sic dicatur q arguitur p inductionẽ. dicatur q ibi nõ est sufficiẽs inductio. sed sic debet argui omnis homo fuit in archa noe/omnis leo fuit in archa noe. et sic de singulis speciebus animaliũ. ergo om̄e animal fuit in archa noe. tũc cõcedatur ꝯña. et negetur añs. Et ad aliud quando arguitur sic. Omne animal qđ fuit vnq̃ fuit in archa noe ⁊c. cõcedatur ꝯña: ⁊ negetur añs. Et ad aliud quãdo sic arguitur. Omne animal quod fuit aliquando fuit ⁊c. cõcedatur ꝯña. et negetur antecedens pro maiori. Item ad aliud quãdo sic arguitur. Omne animal quod fuit in A fuit in archa noe ⁊c. tunc negetur cõsequentia: quia arguitur ab inferiori ad suum superius distributione preposita. quia esse in a est inferius ad esse aliquando ⁊c. ¶ Alia solutio solebat dari distinguẽdo de ly omne: eo q potest distribuere pro singulis generũ/vel pro generibus singulorũ. si distribuat pro singulis generum. negetur sophisma. Si pro generibus singulorum. concedatur sophisma.

¶ Omnis fenix est.

¶ Istud sophisma ꝓbatur sic. Et pono istũ casum q vnica fenix sit: ⁊ non plures: tunc omnis fenix est. probatur sic. Ista fenix est/⁊ ista fenix est omnis fenix. ergo oīs fenix est. ꝯña patet. q est syllogismus expositorius. ¶ Aliter ꝓbatur sic. hec est vniuersalis cuius quelibet singularis est vera. ergo sophisma verũ. ꝯña patet. et añs ꝓbatur sic. Ista est singularis vera. ista fenix est. demonstrando fenicẽ presentẽ: ⁊ ista est quelibet eius singularis. ergo quelibet eius singularis est vera.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Hoc signũ vniuersale oīs exigit tria supposita in actu terio cui adiũgitur: sed nõ sunt tres fenices. ergo sophisma falsum. ꝯña pz p regulã ḡnalẽ. ¶ Sil'r ꝓbatur. eius ꝯtradictoriũ est verũ. ergo sophisma falsum. q suũ ꝯtradictoriũ est verũ ꝓbatur sic. hoc est verũ. aliqua fenix nõ est. et hoc suũ cõtradictoriũ. ergo sophisma falsum. Maior ꝓbatur sic. ista fenix non est. demonstrando fenicem futurã. ergo aliqua fenix nõ est. ꝯña patet: q arguitur ab inferiori ad suũ superius determinate.

¶ Pro isto respondendum est quando proponitur.

Omnis fenix est sine casu. Dubitetur: quia dubiũ est propter tẽpus mediũ inter generationem vnius ⁊ corruptionẽ alterius. sed casu posito quando proponitur sophisma cõcedetur. Et quãdo improbatur. q hoc signũ omne exigit tria supposita termino cui adiungitur. Dicatur q hoc hz intelligi. si ille terminus cui adiũgitur habeat tria supposita in actu. Et qñ dr ꝯtradictoriũ eius est verũ. ꝯcedatur ꝯña: ⁊ negetur añs. Et qñ ꝓbatur sic. hoc est verũ. aliqua fenix non est ⁊c. cõcedatur cõ-

sequentia et negetur antecedens pro maiori. Et quādo sic arguitur ista. fenix nō est. demonstrando fenicē futurā. ergo &c. negetur cōsequentia. Et quādo sic probatur. quia arguit ab inferiori &c. dicat quod illa regula nō tenet arguēdo negatiue.

Tu es quilibet vel tu differs a quolibet.

Istud sophisma probatur sic. Tu es hoc vel differs ab hoc. et tu es hoc vel tu differs ab hoc. et sic de singulis. ergo sophisma verū. cōsequētia patet a singularibus sufficienter sumptis. ergo &c. Aliter sic. Tu differs a quolibet. ergo tu es quilibet vel differs a quolibet. consequētia patet a parte disiuncti ad totū disiunctū. antecedens probatur sic per eius exponentes. Tu es et quilibet est. et non es quilibet. ergo tu differs a quolibet. cōsequentia patet ab exponentibus ad expositū. ergo.

Ad oppositum arguitur sic.

Tu es quilibet/vel tu differs a quolibet. sed tu non es quilibet. ergo tu differs a quolibet. cōsequētia patet a tota disiunctiua cū opposito vnius partis ad alteram eius partem. ergo cōsequētia bona. Tūc sic. tu differs a quolibet. ergo quilibet differt a te. cōsequentia patet per conuersionem simplicē. Similiter sic hec est vna disiunctiua cuius vtraque pars est falsa. ergo disiunctiua falsa &c.

Pro isto respondendum est concedendo sophisma et tūc ad primā probationē quando dicitur tu es quilibet vel tu differs a quilibet. sed tu nō es quilibet. ergo concedatur consequentia et consequens. Tūc ad secundum argumētū quando dicitur. Tu differs a quilibet. ergo quilibet differt a te. negetur consequentia quia arguitur a termino stāte imobiliter. i. confuse tantū ad terminū stantem mobiliter. i. confuse et distributiue. ideo nō valet consequentia. Ad aliud argumentū quādo dicitur. hec est disiunctiua cuius vtraque pars est falsa. ergo &c. cōcedetur consequentia et negetur antecedens: quia vna pars est vera. ergo &c.

Omne bonum vel non bonū est eligendū. Istud

sophisma probatur sic. hoc bonū vel nō bonū est eligendū. Et hoc bonū vel nō bonū est eligendū. Et hoc. et sic de singulis. ergo sophisma verū. consequentia patet a singularibus sufficienter sumptis &c. Antecedens probatur sic. hoc bonū est eligēdū. ergo hoc bonū vel nō bonū est eligēdū. consequentia patet a parte disiūcti ad totū disiunctū. Aliter sic. aliquod bonū vel nō bonū est eligendū/et nō est aliquod bonū quin illud vel nō bonū est eligendū. ergo &c. Aliter sic. Omne bonū est eligendū. ergo omne bonū vel nō bonū est eligendum. consequentia patet a parte disiuncti ad totum disiunctum. ergo &c.

Ad oppositum arguitur sic.

Omne bonū vel nō bonū est eligendū. omne malū est bonū vel nō bonū. ergo omne malū est eligendū. consequentia patet. quia est syllogismus in barbara. et consequens est falsum. ergo et antecedens. sed nō minor. ergo maior est. illud est sophisma. ergo sophisma falsum. Aliter sic. Omne bonū vel nō bonū est eligendū. hoc est bonū vel nō bonū demonstrādo malū. ergo hoc est eligendū. consequentia patet. quia est syllogismus in darii. et cōsequēs est falsum. ergo et antecedēs sed nō minor. ergo maior est. idem est sophisma. ergo sophisma falsum. Aliter sic. Omne bonū vel non bonum est eligendū: omne bonum vel non bonū est fugiendū. ergo quoddā fugiendū est eligendū. cōsequentia patet quia est syllogismus in darapti.

Similiter sic. omne bonum vel non bonū est eligendū. ergo tantum eligēdū est bonū vel nō bonū. consequentia patet ab vniuersali ad suā exclusiuā in terminis rectis trāspositis et in singulari numero. ergo consequentia bona. Et quod consequens sit falsum probatur sic. aliud ab eligēdo est bonū vel nō bonū. ergo nō tantum eligēdū est bonū vel nō bonū: consequentia patet ab vna causa veritatis ad aliud cuius est causa. Antecedens probatur sic. Omne malū est bonū vel nō bonū. et omne malū est aliud ab eligēdo. ergo aliud ab eligendo est bonū vel non bonū. Similiter sic. quādocūque est aliqua vniuersalis affirmatiua cuius subiectū dicitur de aliquo de quo nō dicitur predicatū illa est falsa. sed sic est hic. ergo sophisma falsum. Antecedens probatur sic. subiectum

est hoc bonū vel nō bonū/sed p̄dicatū est iste termin⁹ eligēdū:sed subiectū qd̄ est bonū vel nō bonū dr̄ de malo.⁊ eligēdū nō dr̄ de malo.qꝛ nō est eligēdū.ideo bene sequitur q̄ subiectū dr̄ de aliquo de quo nō dr̄ predicatū. ergo sophisma falsum.

¶Pro isto respondendū est distinguendo sophisma

eo q̄ potest accipi in sensu cōposito vel ī sensu diuiso. Si accipiat̄ in sensu diuiso tūc cōcedat̄ sophisma.qꝛ tūc sigt̄ qd̄ oē bonū est eligēdū vel oē nō bonū est eligendū: ⁊ sic est disiūctiua cui⁹ altera pars est vera. ¶Et tūc ad primū argumētū in oppositū r̄ndēdū est.primo qñ dr̄ oē bonū vel nō bonū est eligēdū. oē malū est bonū vel nō bonū.ergo oē malū est eligēdū.negetr̄ ꝯña.⁊ qñ dr̄ est syllogism⁹ in barbara.negetur:qꝛ prima ꝓpō nō est alicui⁹ qualitatis nec quātitatis. qꝛ est ꝓpō hypothetica.Et ad aliud argumētū qñ dr̄ oē bonū vel nō bonū est eligēdū/hoc ē bonū vel nō bonū demonstrādo malū.negetur ꝯña.⁊ causa est/vt prius dictū est. ¶Ad tertiū argumentū qñ dr̄ oīe bonū vel nō bonū est eligendū. oīe bonū vel non bonū est fugiendū.ergo quoddā fugiendū est eligēdū.negetur ꝯña. vt prius dictū. Ad quartū argumētū qñ dr̄ oē bonū vel nō bonū est eligendū : ergo tm̄ eligendū est bonū vel nō bonū. negetur ꝯña. et qñ dr̄ ab vniuersali ad suā exclusiuā negetr̄:qꝛ nō est vniuersale. Ad quintū argumētū qñ dr̄ qñcūq̧ est aliqua vniuersalis cuius subiectū ⁊c̄.cōcedetr̄ ꝯña ⁊ negetr̄ añs ꝓ minori:qꝛ est nō sic in ꝓposito. Et si accipiat̄ in sensu cōposito adhuc distinguit̄ sophisma eo q̄ distributio pōt cadere sup̱ partē disiūcti ⁊ sup̱ totū disiunctū. Si cadat sup̱ primā partē disiūcti cōcedetur sophisma.et si sup̱ totū disiunctū negetur sophisma. Et tūc ad improbationē qñ dr̄ hoc bonū vel nō bonū est eligēdū.⁊ hoc ⁊ hoc.⁊ sic de singulis.negetr̄ ꝯña:qꝛ nō sunt eius singulares.Sed sic debet argui.hoc bonū est eligēdū.⁊ hoc ⁊ hoc nō bonū est eligēdū.⁊ hoc ⁊ hoc.⁊ sic de singulis:qꝛ ei⁹ singulares debēt sumi ex vtraq̧ parte.Ad scd̄m argumentū negetr̄ ꝯña: qꝛ nō arguit̄ ab exponētib⁹ ad oppositū:qꝛ nō sunt eius exponētes. sed sic debet argui. aliqd̄ bonū est eligendū: et aliquod non bonū est eligendū.et nullum est bonum quin illud est eligendum: et nullum est non bonum quin illud est eligendum. et iste exponentes sunt false igitur sophisma falsum:vt distributio cadit sup̱ totū. Tertiū argumentū bene probat q̄ sophisma est verum in sensu diuiso.igitur concedatur totum.

¶Quodlibet scis vel nihil scis.

¶Istud sophisma ꝓbatur sic. hoc scis vel hoc nō scis.⁊ illud scis vel illud nō scis. et sic de singulis. ḡ sophisma verū.ꝯña ptꝫ a singularib⁹ sufficienter sumptis ⁊c̄. Aliter ꝓbatur sic. Nihil scis. ḡ quodlibet scis/vel nihil scis. ꝯña ptꝫ a parte disiūcti ad totū disiunctū. añs ꝓbo sic.nō aliqd̄ scis.ḡ nihil scis. ꝯña ptꝫ ab equipollente ad suū equipolēs. Añs ꝓbatur sic. quicqd̄ dubitas illud nō scis. sed aliqd̄ dubitas.ergo non aliquid scis.cōsequētia patet:quia est syllogismus in ferio.

¶Ad oppositum arguitur sic.

¶Quodlibet scis vel nihil scis/sed nō quodlibet scis.ergo nihil scis.cōsequētia patet a tota disiunctiua cū opposito vnius partis ad alterā eius partē.ergo cōsequētia bona ⁊ cōsequēs est falsum.ergo ⁊ antecedēs:sed nō minor.ergo maior. et maior est sophisma.ergo sophisma falsum.Et qd̄ nihil scis sit falsa.probatur sic.qꝛ tu scis q̄ deus est.⁊ deus est.est aliqd̄. ergo tu scis aliqd̄. ergo hec est falsa. tu nihil scis.Et q̄ quodlibet scis sit falsa.ꝓbatur sic.Aliqd̄ nō scis.ergo nō quodlibet scis.Antecedens ꝓbatur sic.Aliquid quod factum est in celo non scis.ergo aliquid non scis.ergo sophisma falsum.

¶Pro isto respondendū est. Negando sophisma.

¶Et tunc ad primā ꝓbationē quādo dicitur hoc scis vel hoc nō scis ⁊c̄.negetur consequentia.et quādo dicitur q̄ consequentia patet a singularibus ⁊c̄.dicatur q̄ negas.⁊ causa est quia ex diuisione contradictoriorū nō sequitur diuisio contrariorū.¶Cōtra hoc scis.⁊ hoc scis.⁊ sic de singulis.inferūt istā.quodlibet scis. et hoc nō scis.⁊ hoc nō scis.⁊ sic de singulis.inferūt istā.nihil scis.ḡ sequit̄ q̄ iste

singulares sub diuisione inferūt istam. quodlibet scis vel nihil scis cōcedatur sic arguēdo. hoc scis ⁊ hoc scis. ⁊ sic de singulis. ⁊ hoc nō scis ⁊ hoc nō scis. ⁊ sic de singulis. ergo quodlibet scis vel nihil scis. Ita ꝙ vna disiunctiua sit facta ex duabꝰ copulatiuis: tūc cōcedatur cōsequētia. ⁊ negetur antecedēs. Et tūc ad argumentū qn̄ dr̄. nihil scis. ergo quodlibet scis vel nihil scis. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs. ¶ Similiter ad aliud qn̄ dr̄. nō aliquid scis. ergo nihil scis. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs. Et qn̄ ꝓbatur sic. quicquid dubitas illud nō scis. sed aliquid dubitas ergo nō aliquid scis. negetur cōsequētia. qꝛ actus nō sciendi non cadit sup illud sup quod cadit actus dubitandi. nec est syllogismus in ferio. vt satis patet.

¶ **Omne verum et deū esse differūt.** Istud sophisma ꝓbatur sic. hoc verū ⁊ deū esse differūt. ⁊ hoc verū ⁊ deū esse differunt. ⁊ sic de singulis. ꝯña ptꝫ ꝑ inductionē. añs ꝓbatur. si sit aliqꝺ verū ꝙ verū ⁊ deū esse non differūt. Tūc instandū est ꝓ aliquo ⁊ sit grā exempli ꝓ illo deū esse. et tūc ꝙ omne verū ⁊ deū esse differūt. probatur sic. Omne verū est. ⁊ deū esse est: ⁊ nullū verū est deum esse. ergo omne verū ⁊ deum esse differunt. Et ꝙ omne verū est: probo sic. Aliquod verū est. ergo omne verū est. cōsequentia patet a particulari ad suum vniuersale. vbi hoc verbum est predicat secundū adiacens. Et ꝙ nullum verum est deum esse probatur sic. nullum verum est oratio infinitiua. sed deum esse est oratio infinitiua. ergo nullū verū est deum esse. ¶ Aliter sic. Aliquod verū ⁊ deū esse differunt: ⁊ nullū est verum quin ipsum ⁊ deum esse differunt. ergo omne verum ⁊ deum esse differunt. cōsequētia patet per assimile. aliquod animal currit. et nullum est animal quin ipsum currit. ergo omne animal currit.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Omne verū ⁊ deum esse differunt. sed deum esse est verū. ergo deū esse ⁊ deum esse differūt. consequentia patet. sed consequens est falsum. ergo antecedēs. sed nō minor. ergo maior. Et illud est sophisma. ergo sophisma falsum. Et ꝙ minor sit vera ꝓbatur sic. deus est. est vera. ergo deum esse est verū. consequentia patet per istam regulam. Ex omni propositione vera sequitur suum dictū esse verum. ¶ Aliter improbatur sic. aliquod verū ⁊ deum esse non differunt. ergo non omne verū ⁊ deū esse differūt. cōsequentia patet ab equipollente ad suū equipollens.

¶ **Pro isto respondendū est distinguendo sophisma** eo ꝙ verū pōt accipi ꝓ propositione vera vel ꝓ vero ente. Si accipiatur ꝓ propositione vera. cōcedatur sophisma. si ꝓ vero ente. negetur sophisma. Et tūc ad primū argumētū improbādo ꝙ oē verū ⁊ deū esse differūt. deū esse est verū. ergo deū esse ⁊ deū esse differūt. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs ꝓ minori. et qn̄ dr̄ deus est. est vera. ergo deū esse est verū. negetur cōsequētia. et qn̄ ꝓbatur ex omni ꝓpositione vera ⁊c. dicatur ꝙ illa regula habet intelligi ꝙ in omni propositione vera: sequitur sic esse sicut primo ⁊ principaliter ꝑ suū dictū denotatur. Et tunc ad argumentū qn̄ dr̄ aliquod verū ⁊ deū esse nō differūt. ergo non omne verū ⁊c. cōcedatur consequētia ⁊ negetur antecedens. Contra hoc verū ⁊ deū esse non differūt. demonstrando deū esse ⁊ hoc est aliquod verū. ergo aliquod verū ⁊ deū esse nō differūt. concedatur consequentia: ⁊ negetur antecedens pro minore.

¶ **Totꝰ sortes est minor sorte.** Istud sophisma ꝓbatur sic. Quelibet pars integralis sortis est minor sorte. ergo totꝰ sortes est minor sorte. ꝯña ptꝫ ab vno cōuertibili ad reliquū. Añs ꝓbatur sic. hec pars sortis est minor sorte. demonstrādo caput. ⁊ hec ⁊ hec. ⁊ sic de singulis. ergo qlibet pars sortis est minor sorte. ¶ Aliter sic. Totus sortes est minor sorte: vel totus sortes est maior sorte: vel totꝰ sortes est equalis sorti. sed totꝰ sortes nō est maior sorte/ nec equalis sorte. ergo totus sortes est minor sorte. ꝯña patet a tota disiunctiua trimembri cū opposito duarū partiū ad tertiā partē. Añs ꝓbatur sic. pro prima parte. Si totus sortes est maior sorte. ergo quelibet pars sortis est maior sorte. ꝯña est falsum. ergo ⁊ antecedēs. Et ꝙ totꝰ sortes nō sit equalis sorti. ꝓbatur sic.

Si totus sortes sit equalis sorti. ergo q̄libet pars sortis est equalis sorti. ꝯña est
falsum. ergo ⁊ añs. ❡Ad oppositū arguitur sic. Totꝰ sortes est minor sorte. sed to
tus sortes est sortes. ḡ sortes est minor sorte. ꝯña ptz q̄ est syllogismꝰ in darapti.
minor ꝓbatur sic. sortes est totus sortes. ḡ totus sortes est sortes. ꝯña ptz ꝑ cōuer
sionē simplicē. ❡Aliter improbatur sic. Totus sortes est equalis sorti. ergo totꝰ
sortes nō est minor sorte. ꝯña ptz. ⁊ añs ꝓbatur sic. Totus sortes est maior sorte.
vel totus sortes est minor sorte. vel totꝰ sortes est equalis sorti. sed totꝰ sortes nō
est maior sorte nec minor sorte. ḡ totus sortes est equalis sorti. ꝯña ptz. vt prius.
Et ꝙ totus sortes sit equalis sorti. ꝓbatur sic. quia ad hoc ꝙ aliq̄d sit equale ali-
cui: oportet ꝙ neq̄ sit maius neq̄ minus eo. sed sic est in ꝓposito. ergo est equalis
sorti. ❡Ad hoc sophisma dicendū est distinguendo sophisma eo ꝙ hoc signū to-
tus pōt sumi cathegoreumatice vel syncathegoreumatice. Si sumat̄ syncathe-
goreumatice sigt̄ ꝙ quelibet pars integralis sortis est minor sorte. et sic cōceda-
tur sophisma. Et tūc ad argumēta improbantia q̄n arguitur sic. totus sortes est
minor sorte. sed totus sortes est sortes. ergo sortes est minor sorte. cōcedatur cōse
quētia ⁊ negetur añs ꝓ minori. videlꝫ ꝙ totꝰ sortes est sortes. quia sigt̄ sic ꝙ q̄li-
bet pars integralis sortis est sortes. ⁊ hoc est falsum. Ad argumētū q̄n dr̄ sortes
est totꝰ sortes. ergo totꝰ sortes est sortes. negatur ꝯña. q̄ nō arguitur ꝑ ꝯuersionē
simplicē: eo ꝙ totus in cōuertente est signū vniuersale. Ad aliud q̄n dr̄ totꝰ sortes
est equalis sorti. ergo totꝰ sortes nō est minor sorte. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs
q̄ sigt̄ ꝙ q̄libet pars integralis sortis est equalis sorti. ⁊ hoc est falsum. Tunc ad
aliud q̄n dr̄ totus sortes est maior sorte. vel totus sortes est equalis sorti. vel to-
tus sortes est minor sorte. cōcedatur ꝯña. ⁊ negetur añs ꝓ scđa parte. Et ad argu
mentū q̄n ꝓbat̄ ꝙ totus sortes est equalis sorti. videlꝫ hoc mō. ad hoc ꝙ aliq̄d sit
equale alicui oportet ꝙ neq̄ sit maius neq̄ minꝰ eo ⁊c̄. neget̄ minor: q̄ est falsa.
Si hoc signū totꝰ sumat̄ cathegoreumatice: tūc sigt̄ ꝙ sortes cōpositus ex oībus
suis partibꝰ integralibꝰ est minor sorte. ⁊ sic neget̄ sophisma. Tūc ad argumēta
ꝓbātia quelibet pars sortis est minor sorte. ḡ ⁊c̄. neget̄ ꝯña q̄ nō arguit̄ ab vno
ꝯuertibili ad reliquū. Et ad aliud q̄n dr̄ totꝰ sortes est minor sorte vel totꝰ sortes
est maior sorte. cōcedatur ꝯña ⁊ negetur añs pro secūda parte minoris ⁊c̄.

❡Nihil ⁊ chymera sunt fratres.

❡Istud sophisma ꝓbatur sic. nec hoc ⁊ chymera sunt fratres. nec hoc ⁊ chyme-
ra sunt fratres. nec hoc. ⁊ sic de singulis. ergo ⁊c̄. ꝯña patet. quia arguitur a sin-
gularibus sufficienter sumptis ⁊c̄. Antecedens ꝓbatur sic. eius cōtrariū est fal-
sum. ergo hoc est verū. Antecedēs ꝓbatur sic. hoc est falsum. aliquid ⁊ chymera
sunt fratres. ergo sophisma verū. Añs probatur sic. q̄ sequitur aliq̄d ⁊ chymera
sunt fratres. ergo chymera est frater alicuiꝰ. et sequitur chymera est frater ali-
cuius. ergo chymera est. ꝯñs est falsum. ergo antecedens. ergo sophisma verū.

❡Ad oppositum arguitur sic.

❡Nihil ⁊ chymera sunt fratres. sed oēs fratres sunt entes. ergo nihil ⁊ chyme-
ra sunt entia. ergo vtrūq̄ istorum est ens. Et sequitur vlterius vtrūq̄ istorū est
ens. ergo nihil est ens ⁊ chymera est ens. Aliter arguitur sic. nihil et chymera
sunt fratres. ergo carnales vel spirituales. Si carnales tunc sic. nihil ⁊ chymera
sunt fratres carnales. ergo chymera est frater carnalis nihili. ḡ chymera est. cō
sequens est falsum. ergo antecedēs. et ꝯña patet per assimile. sortes ⁊ plato sunt
fratres carnales. ergo sortes est frater carnalis platonis.

❡Ad istud respondendū est/concedendo sophisma/

q̄ est vniuersalis cuius quelibet singularis est vera. Et sic ad argumēta impro
bantia. primo sic. Nihil ⁊ chymera sunt frēs. sed oēs fratres sunt entes. ergo ⁊c̄.
cōcedatur ꝯña ⁊ ꝯñs. et tunc q̄n dr̄. nihil ⁊ chymera sunt entia. ḡ vtrūq̄ istoꝝ est
ens. negetur cōsequentia. Et q̄n probatur per assimile sortes ⁊ plato sunt entes.
ergo vtrūq̄ istorū est ens. et sic est in proposito. ergo consequentia bona. conce-
datur cōsequentia ⁊ negetur antecedēs ꝙ sic est in proposito ⁊ causa est/quia in-

illa consequentia. nihil ⁊ chymera sunt entia. ergo vtrūq₃ istorū est ens. Antecedens est mere negatiuū: ⁊ ex antecedente mere negatiuo nō sequitur consequēs affirmatiuū. Sed in ista consequentia. sortes ⁊ plato sunt entes. ergo ⁊c̄. ex ante mere affirmatiuo sequitur ꝯsequēs affirmatiuū. ideo nō arguitur per assimile. ¶ Ad aliud argumentū qn̄ dicitur. nihil ⁊ chymera sunt fratres. ergo carnales vel spirituales. cōcedetur vtrūq₃: ⁊ qn̄ dicitur. nihil ⁊ chymera sunt fratres carnales. ergo chymera est frater nihili. negatur ꝯsequētia. Et dr̄ sic. sortes ⁊ plato sunt fratres carnales. ergo sortes est frater platonis. cōcedetur cōsequentia. Et quando dicitur ꝙ arguitur per assimile. negetur: quia nō sunt similes: ⁊ eodem modo respondendū est: si dicatur ꝙ sunt fratres spirituales ⁊c.

¶ Impossibile potest esse verum.

¶ Istud sophisma probatur sic. Illud qđ potest esse impossibile potest esse verū. ergo sophisma verū. ꝯn̄a patet ab vna causa veritatis ad illud cuius est causa. An̄s ꝓbatur sic: q2 in ista ꝓpositione. impossibile potest esse verū. iste terminus impossibile supponit respectu verbi ampliatiui. Ideo supponit ꝓ eo qđ est: vel pro eo qđ potest esse. ergo ligt̄ disiūctiue illud qđ est impossibile potest esse verū. vel illud qđ potest esse impossibile potest esse verū. ergo sequitur ꝙ iste due propositiones sunt cause veritatis illius ꝓpositionis. impossibile potest esse verū. ergo sequitur ꝙ illa ꝓpositio significat ꝙ illud qđ potest esse impossibile potest esse verū. An̄s ꝓbatur sic. hoc potest esse verū: demonstrando sortē esse: ⁊ hoc est vel potest esse impossibile. ergo impossibile pōt esse verū. ꝯn̄a patet medio termino existente hoc aliquid necesse est extrema coniungi ⁊c. ¶ Aliter sic ꝓbatur. verū pōt esse impossibile. ergo impossibile pōt esse verū. ꝯn̄a patet p conuersionē simplicē. An̄s ꝓbatur sic. hoc potest esse impossibile: demonstrando istā. vos sedetis: ⁊ hoc est vel potest esse verū. ergo verū potest esse impossibile.

¶ Ad oppositum arguitur sic.

¶ Impossibile potest esse verum: sed omne impossibile est tale. qđ nō potest esse verum. ergo quod non potest esse verū potest esse verum. Maior patet / ⁊ minor probatur sic. omne impossibile per se est tale quod non potest esse verū: et omne impossibile per accidens est tale quod nō potest esse verū: ⁊ omne impossibile in mundo aut est per se aut per accidens. ergo impossibile est tale quod non potest esse verū. ¶ Aliter improbatur sic. impossibile potest esse verū: sed omne verum est possibile. ergo impossibile est possibile.

¶ Pro isto dicendū est distinguendo sophisma eo ꝙ

impossibile potest sumi pro eo quod est / vel ꝓ eo quod potest esse. Si sumatur ꝓ eo quod est. negetur sophisma. Si sumatur pro eo quod potest esse. cōcedatur sophisma. ¶ Ad argumenta improbantia tunc respondendū est. Primo qn̄ sic arguitur. Impossibile potest esse verum: sed omne impossibile est tale quod nō potest esse verum. ergo quod non potest esse verum potest esse verum. negetur cōsequentia. quia iste terminus impossibile supponit in prima premissa ꝓ eo quod potest esse impossibile: et in secūda ꝓ eo qđ est impossibile. Ad aliud qn̄ dr̄. Impossibile potest esse verū: ⁊ om̄e verū est tale qđ est possibile. ergo ⁊c. negetur cōsequentia. et causa est: vt dictū est prius. Si capiatur ꝓ eo quod est. negandū est sophisma. ¶ Et tūc ad argumentū qn̄ dicitur illud quod potest esse impossibile potest esse verū. ergo ⁊c. negetur consequentia. Et qn̄ dicitur ꝙ arguitur ab vna causa veritatis ⁊c. negetur. quia accipiendo istū terminū impossibile pro eo qđ est: nō habet aliquā causam veritatis. ¶ Et ad aliud argumētū qn̄ dicitur. verū potest esse impossibile. ergo impossibile potest esse verum. negetur cōsequentia. Et quando dicitur. ꝙ arguitur per cōuersionem simplicem. negetur: quia eodē modo supponant termini in vno sicut in alio ⁊c.

¶ Expliciunt sophismata.

¶ Sequuntur obiectiones casuum.

De obiectionibus casuum.

CONtra istas regulas multiplices possunt obie
ctiones fieri. Primo contra primam. Omne
mihi positum et a me admissum sub forma positi propositu. etc.
casum q nihil sit vobis positu: tunc proponatur. nihil est vobis positu. Et pono vobis istu
dum per prima regula: qr est positu et admissum sub forma positi propositu etc. q il=
lud est negandu probatur sic. qr est ppositio falsa. vt patet. et non estis obligati ad concede=
concedendu eam g habetis ea negare. minor patet. qr nullus est casus: qr no est po
sitio nec impositio/nec depositio. g no estis obligati. Ans patet. qr si esset aliqua po
sitio/esset aliquod positu: sed nihil est positu. vt ponit casus etc. ¶ Ad istud respon=
dendu est: admittendo casum. Et qn arguitur est ccedendu: qr est ppositu et admissum. negetur illud.
Et qn pponitur. nihil est tibi positu. negetur illud.
fm regula: qr illa est regula. Omne mihi positu et a me admissum sub forma positi
ppositu. Et no repugnas positioi durante tpe eiusde positionis est ccedendu: sed in
casu posito positu est repugnas positioni: et ideo no copellimur ccedere positu.

¶ Contra eandem regula arguitur sic. Et suppono
q solu falsum et possibile est admittibile in positione. et pono q homo est asinus sit
vobis positu et admissum. iste casus est possibilis. g admittibilis. Tuc proponatur
q ho est asinus. illud est negandu: qr no ppter possibile positu est impossibile coce=
dendu: sed casus est possibilis. g ppter hoc no est cocedendu q homo est asinus. Et
q sit concedendu pbatur sic. Omne vobis positu et a vobis admissum sub forma po=
siti ppositu: et no repugnas positioni est a vobis concedendu: sed ho est asinus est vo=
bis positu et admissum. g ho est asinus. est a vobis ccedendu. ans patet. qr est syllo=
gismus in darij. maior ptz per regula. et minor est cocedendum: quia est illud quod
sequitur hoc verbum pono in casu. ergo est omnino concedendum.

¶ Ad istud respondetur dupliciter. Primo modo ne=
gando minore videlz q homo est asinus. est mihi positu et admissum: sed hoc totu
homo est asinus est michi positu et admissum/est michi positu et admissum: qr hoc
verbu pono cadit sup hoc totu. homo est asinus est michi positu et admissum. et ideo
hoc totu est. positu. Ab alijs conceditur minor. et negatur maior: qr hec non est regula.
sed hec est regula. Omne michi positu et a me admissum sub forma positi proposi=
tu durate tpe eiusde positionis. et no repugnas positioni est cocedendu sine obliga=
tione ad hoc pertinete. Et vocatur obligatio ad hoc ptines scz talis particula esse co=
cedendu vel esse negandu: vel esse positu: vel aliquod tale: scz qn actus rndentis per
expressione obligantis annectitur alicui propositioni in aliquo casu. Un ista ppo. ho
est asinus cuius debet concedi q sit posita et admissa: est tamen posita cum obliga=
tione ad hoc pertinente: et ideo non oportet concedi per regulam.

¶ Aliter obijcitur sic. q concedendum est negandum
Et pono q ois homo est rome: quo admisso proponatur q omnis homo est rome: et
tu es ho. illa ppositio est ccededa: qr est copulatiua cuius vna pars est posita. et alia
pars est vera et impertines. g tota copulatiua est ccededa. Et q ista copulatiua sit
negada pbatur sic: qr est falsa et imptines. g est negada p quarta rlam. Ans pbatur sic
no sequitur nec repugnat: g ipertines. Ans pbatur sic. no sequitur omis homo est rome. g
ois homo est rome: et vos estis homo. g etc. qr ans pot esse veru et ons falsu nec re=
pugnat: qr illa copulatiua stat cu casu. ¶ Silr immediate post casum fit tale argu
mentu. omnis homo est rome: tu es homo. ergo tu es rome. Ista ons est bona: quia
est syllogismus in darij. et maior debet concedi: qr est positu: et minor est conceden
da: qr est vera et impertinens. ergo est concedenda: et ons est negandum. ergo con
cedendum est negandum. Et q ons sit negandum probatur: qr est falsum et imperti
nens. ergo est negandum. q sit falsum ptz. q sit impertinens probatur. qr non repu=
gnat casui nec sequitur ex casu: vt patere pot intuenti. nec mediate sequitur: qr nul
la ppositio mediate conceditur. ex qua sequi potest q tu es rome. ergo. etc.

¶ Pro isto respondendum est / et primo ad primã obiectionem admittendo casũ et negãdo illã copulatiuã. s. ois homo est rome/ et tu es homo: q2 est falsa et impertinẽs: vt argumẽtũ pbat. Et ad argumentũ i oppositũ cũ arguit. vtraq3 pars est cõcedenda: q2 vna pars est posita: et alia est vera et impertinẽs. ergo tota copulatiua est cõcedenda. Rñdetur negãdo 9ñam. q2 quãuis vtraq3 pars est per se cõcedenda: tñ tota copulatiua est neganda: q2 est falsa et impertinens: sed non negetur copulatiua p aliqua ei⁹ parte. sed pro tota copulatiua. Tñ cũ dico q illa copulatiua est falsa et impertinẽs: tñ isti duo termini iclusi. scz falsitas et impertinẽtia: sed falsitas se tenet ex parte propositionis posite. Impertinẽcia vero ex parte alterius: sed non negetur ppõ: q2 est falsa. neq3 q2 est impertinẽs: sed negetur p tota copulatiua: et nõ negetur pro altera eius parte. ¶ Ad scdam obiectionẽ cõcedatur 9ña immediate post casum: et negetur añs. et qñ probatur maior. dicatur q nulla pars per se negabitur: sed totũ añs q2 totũ añs est falsum et impertinens et falsum proposito scz pro maiori: et impertinẽs pro minori. i. iõ totũ añs negabitur: et non negetur aliqua eius pars sicut dictũ est ad copulatiuã falsã et impertinentẽ.

¶ Sed contra illam solutionem arguitur sic. Nã ista solutio ponit q posita tali ppõne. ois hõ est rome. adhuc remanet. ois hõ est rome ppõ falsa. Sed 9tra. et ponatur q ois hõ est rome. Iã ex casu sequitur q ois hõ est rome est vera: q2 prima 9ña est bõa. ois hõ est rome. ergo hec est vera. ois hõ est rome. qõ sic pbatur. q2 sequitur. ois hõ est rome. ergo ita est q ois hõ est rome: et ex 9nte: ita est q ois hõ est rome: ergo hec est vera. q ois hõ est rome. cuius oppositũ ponit rñsio falsẽ de eadem propositione. Ad obiectionẽ respondendũ est. primo admittendo casum: et negetur q sequitur ex casu. q omnis homo est rome. est vera. Et tunc ad argumentũ qñ sic arguitur. Omnis homo est rome. ergo hec est vera. omnis homo est rome. negetur 9ña Similiter negetur scdm argumentum. scilicet omnis homo est rome. ergo ita est q omnis homo est rome. Et sic fiat tale argumentum. vos conceditis istam propositionẽ. scz omnis homo est rome. ergo. vel q2 significat sicut est. vel q2 est vera. negetur 9ña. Et dicatur q non concedo istam: q2 est vera: nec q2 sigt sicut est. sed concedo istam: quia obligatus sum concedere eam: et tamen propositio est falsa.

¶ Sequitur de fallacia petitionis principii. Et fallacia petitionis principii est deceptio proueniens ex eo quod idem potest sumi ad probationem suipsius. Et est petitio principii assumptio eiusdem ad probationem suipsius. Causa apparentie est apparens diuersitas consequentis ab antecedente. Causa non existentie est scire quod sit idem: et quod sit diuersum. ¶ Ista fallatia fit quinque modis. Primus modus est quando idem probatur per seipsum secundum rem: vt marcus currit: ergo tullius currit. Secundus modus est quando vniuersale probatur per sua singularia: vt sic. S. currit. P. currit: et sic de singulis. ergo omnis homo currit. Tertius modus est quando probatur singulare per suum vniuersale: vt sic. nullus homo currit. ergo sortes non currit. Quartus modus est quando fit syllogismus diuisus: vt tu es sanus vel eger sed tu non es sanus. ergo tu es eger. Quintus modus est quando probatur conuertibile per suum conuertibile: vt S. est similis platoni. ergo P. est similis sorti. ¶ Et sciendum est quod in vnoquoque argumento possunt premisse dupliciter considerari. Vel ad conclusionem inferendam: vel ad ipsam probandam. Si sumantur premisse quo ad conclusionem probandam: sic est fallacia petitionis principii: quia omnis probatio debet esse priora et notiora vel ad conclusionem inferendam: et sic est bonum argumentum: et non est fallatia: quia conclusio sequitur ex premissis. ergo &c.

¶ Sequitur de fallacia consequentis. Fallacia consequentis est deceptio proueniens ex eo quod credimus consequentiam conuerti: cum non conuertitur. Causa apparentie est credere consequentiam conuerti cum non conuertitur. Causa non existentie est scire que consequentia conuertitur: et que non. Fallacia consequentis fit duobus modis: aut ex destructione antecedentis: vt sic. non homo currit: ergo non animal currit. hic arguitur ab inferiori ad suum superius negatione preposita. Aut ex positione consequentis: vt hic animal currit. ergo homo currit. hic arguitur a superiori ad suum inferius affirmatiue determinate. Et sciendum est quod inferius dicitur antecedens ad superius: et non econtra nisi raro.

¶ Dictum est de fallacia consequentis. Jam dicendum est de fallacia secundum non causam vt causam. Fallacia secundum non causam vt causam est deceptio proueniens ex eo quod credimus aliquam propositionem esse causam conclusionis: que tamen non est causa conclusionis. Causa apparentie est propositionem credere esse causam: que non est causa. Causa non existentie est scire que est causa et que non. Unde causa est illa propositio ex qua sequitur conclusio Non causa est illa que videtur esse causa et non est causa. In illa fallacia fit tale argumentum. Anima et vita sunt eadem: mors et vita sunt contraria: sed mors est corruptio: et vita est generatio. ergo viuere est generare: et illud est impossibile. ergo illud ex quo sequitur est impossibile. scilicet anima et vita sunt eadem. ¶ Ad hoc dicendum est quod hec propositio anima et vita sunt eadem non est causa conclusionis: et tamen apparet esse causa conclusionis: ideo est ibi fallacia secundum non causam vt causam.

¶ Sequitur de fallacia secundum plures interrogationes vt vnam facere. Et est deceptio proueniens ex eo quod credimus illam propositionem que plures est esse vnam. Causa apparentie est credere propositionem que plures est esse vnam. Causa non existentie est scire que propositio sit plures: et que vna. ¶ Ista fallacia fit tribus modis. Primus modus est quando plura subiiciuntur et vnum predicatum ex quibus non fit vnum. vt sunt ne S. et P. domi. posito quod vnus sit domi: et alius non. Si dicatur etiam. ergo ille qui non est domi est domi. Solutio. dicendum est. quod ista propositio plures est. scilicet. sunt ne sortes et plato domi. et ad propositionem que plures. &c. plures dande sunt responsiones. Unde dicendum est quod vnus est domi et alius non est domi. Secundus modus est quando plura predicantur et vnum subiicitur ex quibus non fit vnum: vt hic. sit ita quod sortes sit grammaticus: et non musicus. et queritur. Est ne sortes grammaticus et musicus. si dicatur quod sic. ergo est musicus. si non ergo non est grammaticus. Dicendum est quod ista propositio est plures. scilicet. est ne sortes grammaticus et musicus. et iam plures dande sunt responsiones ¶ Unde dicendum est quod sortes est grammaticus: et non musicus. Tertius modus est quando plura subiiciuntur et plura predicantur: ex quibus non fit vnum: vt hic demonstratis duobus quorum vnus est bonus et alter non. Et queritur vtrum illa sunt bona vel non bona. Si dicatur quod bona. ergo bonum est non bonum: quod falsum est. Si dicatur quod non bona. ergo non bonum est bonum. ¶ Sciendum est quod ista propositio est plures scilicet ista sunt bona vel non bona. et ideo plures dande sunt responsiones. Unde dicendum est.

ꝙ vnum est bonum ⁊ aliud non bonum. ¶ Sed modo videtur ꝙ ista fallatia non differt ab equiuocatione: q2 in omni peralogismo equiuocationis plura interrogã tur vt vnum. ¶ Solutio. dicendum est ꝙ in equiuocatione interrogãtur plura de vno sub eadem voce. In illa fallatia interrogantur plura de vno sub diuersis vocibus. Et ideo patet ꝙ non superfluit vnus locus nec alius. ergo. ⁊c̃.

¶ Explicumt fallatie.

¶ Incipit liber naturarum.

Natura est duplex. scilicet natura naturans: et natura naturata. ¶ Natura naturans est prima causa: vt deus. ¶ Natura naturata dicitur tripliciter. scilicet materia/ forma/ et compositum ex his. Unde de natura que dicitur forma vel materia in presenti restat sermo (que describitur isto modo)

¶ Natura est principium motus ⁊ quietis eius in quo est primo ⁊ principaliter per se: ⁊ nõ ſm accidens. ¶ Istã diffinitionẽ ponit Phus et etiã cõmentator .ii. Phisicoꝝ. ⁊ .v. Methaphi. Et ista diffinitio intelligitur copulatiue: ⁊ non copulatum: Unde natura est principium motus ⁊ quietis diuersimode. Natura est principiũ motus eiꝰ in quo est qñ ponit̃ extra locũ suũ naturalẽ. Et natura est principiũ quietis eiꝰ in quo est qñ ponit̃ in loco suo naturali. Pro pͥmo pono exẽpluũ. vt si terra ponat̃ sursũ in aere: ⁊ nõ impediat̃ statĩ descẽdit. ⁊ hoc naturaliter: q2 forma terre est causa istius motus. ¶ Et nota ꝙ forma terre nõ est grauitas: sed vocat̃ terrestritas ad quã sequit̃ grauitas. Silr si ponat̃ terra i loco suo naturali quiescet: ⁊ hoc naturaliter. Et ideo natura terre est principiũ ⁊ causa quietis istius. ¶ Et nota ꝙ duplex est moueri. s. per se: ⁊ per accidẽs. Moueri per se est a principio intrinseco. Moueri per accidens est a principio intrinseco: vel ad motũ alterius. Uñ qñ homo mouetur/ mouet̃ per se a principio intrinseco: videlꝫ ab aĩa: et aĩa mouetur per accidẽs: q2 aĩa ad motũ totiꝰ corporis mouet̃. Nam pͥmo mouetur corpus: ⁊ ex ꝯñte mouetur anima per motũ corporis. sicut nauta primo mouet nauem: ⁊ ex ꝯñte mouetur nauta per motum nauis. Simuliter caput hominis mouetur per accidens: quia per motum totius corporis mouetur.

¶ Motus dr̃ duobus modis. subitꝰ ⁊ successiuus. Motus subitus est mutatio quedã que causatur sine resistentia reali: vt inductio luminum. Nã corpus luminosum inducẽs lumẽ in aliquod mediũ: ⁊ non inueniẽs resistentiam subito inducit lumen suũ. Sed talis motus non est ꝓprie dictus: sed mutatio quedã. ⁊c̃. Motus successiuus est mutatio que causat̃ ex certa ꝓportione potentie ad resistentiã realem. ⁊ talis motus est motus proprie dictus. Uñ nõ potest esse motus ꝓprie dictus: nisi ibi sit successio: ⁊ nõ potest esse successio: nisi ibi sit particularis acquisitio: ⁊ nõ põt esse particularis acq̃sitio: nisi ibi sit acq̃sitio partis post partẽ: ⁊ nõ potest esse acquisitio partis post partẽ: nisi ibi sit resistẽtia. ergo patet a primo ad vltimum ꝙ non potest esse motus proprie dictus nisi ibi sit resistentia.

¶ Motus a philosopho sic diffinitur. Motus est actus entis in potentia ſm ꝙ est in potentia. ⁊c̃. ¶ A commentatore motus sic diffinitur Motus est acquisitio partis post partẽ illiꝰ termini ad quẽ tendit res mota. Prima diffinitio dr̃ formalis/ ⁊ scd̃a materialis: per istas diffinitiones patet ꝙ oportet ꝙ sit partialis acq̃sitio ⁊ successio ⁊ resistẽtia in motu ꝓprie dicto. ¶ Duo sunt termini in motu. terminꝰ a quo: ⁊ terminus ad quẽ. Terminus a quo in motu est ille in quo incipit motus et perditur ꝑ motũ. Terminꝰ ad quẽ in motu est ille ad quẽ terminat̃ motus ⁊ vltimate acquirit̃ ꝑ motũ vt si q̃s iret Cantibrigia londonias: Cantibrigia est terminus a quo: ⁊ londonias est terminus ad quem. ⁊c̃.

¶ Decem sunt predicamenta. scꝫ substantia/ qualitas

Quantitas/Ubi/Relatio/Actio/Passio/Quando/Habitus: et Positio. ¶ In quatuor illorum conceditur a philosopho esse motus. scilicet in substantia/qualitate/quantitate/et ubi. In predicamento substantie due sunt species motus oppositi. s. generatio et corruptio. Generatio est mutatio de nō esse ad esse. Corruptio est trāsmutatio de esse ad non esse. Unde generatio et corruptio nō sunt motus proprie dicti sed motus subiti. Similiter ad hoc quod in aliquo predicamēto sit motus proprie dictus requiritur quod subiectum recipiens formam acquisitam per motum sit in actu de se et compositum ex materia et forma: sed nihil est subiectū immediate recipiens formam substantialem acquisitam per motum generationis nisi materia prima: que de se non est in actu: nec composita ex materia et forma. etc. ¶ Generatio est duplex. s. generatio secundum quid et generatio simplex. Generatio simplex est generatio substantie. Generatio secundum quid est gñatio accidentis: et sic est de corruptione.

¶ In predicamento qualitatis reperitur motus proprie dictus que alteratio dicitur. unde alteratio est trāsmutatio de una qualitate in aliam manēte eodē subiecto a principio usque ad finē. Cuiusmodi sunt iste. Calefactio/frigefactio/albefactio/nigrifactio: et similia. ¶ In alteratione vera est successio: quia in alteratione est resistentia que causatur ex qualitate contraria qualitati inducēde

¶ In predicamento quantitatis reperiuntur due species motus proprie dicti. s. augmētatio et diminutio. Augmētatio est mutatio de minori quātitate ad maiorē quātitatē: diminutio vero est ecōtra. Ad verā augmētationē tria requirunt. Primū est quod subiectū suscipiēs illā augmētationē maneat idē a principio usque ad finē. Secūdum est quelibet pars augmētabilis aucti sit aucta. Tertium est quod illa augmētatio fiat per aliquod corporeū de novo adveniēs. Et si deficiat aliqua istarū conditionū nō est augmētatio proprie dicta. Et sic est ecōtra de diminutione. Ideo nihil augmentat nisi animatū: quia si inanimata augmentant hoc est improprie cū rare fiunt vel condensantur. ¶ Rarefactio est partiū remotio sine aliqua novi corporis acquisitione. Nam rarū est illud cuius partes remote iacent ut ponit philosophus in predicamento quantitatis. ¶ Condensatio est partium adinvicē constructio vel compressio sine alicuius novi corporis predicatione: nam densum est tale cuius partes propinque iacēt: ut patet in predicto capitulo quantitatis.

¶ Quātitas dicitur duobus modis. s. continua et discreta.

¶ Quantitas continua est cuius partes copulātur ad aliquē terminū cōem. Et tales sunt quinque (ut patet in ca. de quātitate) scilicet linea superficies/corpus/locus: et tempus. Terminus cōis in quātitate est ille terminus qui est principiū unius partis et finis alterius partis: ut pūctus in linea: et instās in tempore. ¶ Linea est longitudo sine latitudine et profunditate: cuius extrema sunt duo pūcta. ¶ Superficies est longitudo et latitudo sine profunditate cuius extrema sūt due linee. etc. ¶ Corpus est quoddā longū latū et profundū: cuius extrema sunt due superficies. et ideo de nūero istorum corpus dicitur solū perfectū: quia sibi nō deficit aliqua dimēsio. ¶ Tres sunt dimensiones. s. longitudo/latitudo: et profunditas. ¶ Locus est ultima superficies corporis continentis locatum et immobilis. ¶ Tempus est mensura motus secundum prius et posterius.

¶ Quantitas discreta est illa: cuius partes ad nullum terminū cōem copulātur: et tales sūt due. s. nūerus et orō. Nūerus est quedā quātitas discreta resultās ex collectione unitatū adinvicē. Nūerus dicitur de tribus modis scilicet nūerus nūerans/numerus nūeratus: et nūerus quo nūeramus. Nūerus numerās est aīa. Nūerus nūeratus est res nūerata. Nūerus quo nūeramus est actus nūerādi. ¶ Oratio est vox significativa ad placitū. Orō dicitur tribus modis. s. orō in scripto/orō in voce/et orō in mente. Orō in scripto est substantia. Orō in voce est quātitas. Oratio in mente est qualitas. ¶ Tempus motus et huiusmōi dicuntur res successive:

¶ Unde quedam est res successiva et quedam permanens. Res successiva est talis cuius nō oēs partes manēt simul in actu cū suo toto: ut dies/hora: et huiusmōi. Nam quelibet pars diei manet simul in actu cum die. Nam pu

ma hora diei existente dies est: scḋa hora non existe. talis ẽ ens successiuũ: cui ẽ esse simul cum fieri. Unde bene sequitur: dies est in fieri. ergo dies est. Res permanẽs est illa cuius omnes partes manent simul in actu cũ suo toto: vt homo/domus: ⁊ hmõi Nam quelibet pars domus manet simul in actu cum domo: ⁊ esse talium permanentium presupponit fieri earũdem. vnde prius est dom⁹ in fieri ⁊ postea in facto esse: vnde non sequitur: domus est in fieri. ergo domus est. sed potius sequitur oppositum. domus est in fieri. ergo domus non est.

¶ Nota ꝙ punctus est quoddam indiuisibile in linea:

ad quod terminantur vel copulanẽ partes linee. Puncta extrinseca vel extremalia (q̄ idẽ sunt) vocãtur primus punctus ⁊ vltimus. Puncta intrinseca sunt omnia puncta inter primũ ⁊ vltimum: ⁊ sic est de instanti respectu tp̄is. ¶ Et nota ꝙ non sunt plura puncta in linea centipedali ꝙ̄ in linea pedali. et ideo tot sunt in minori quot sunt in maiori: quia in quacũqꝫ linea modica sunt infinita puncta: et nullũ infinitum est alio maius vel minus: nec aliqua infinita alicubus infinitis sunt plura vel pauciora. ⁊ sic intelligendum est de instantibus respectu temporis.

¶ In predicamẽto vbi reperitur motus proprie dict⁹

que dicitur mutatio loci vel motus localis qḋ idem est. Et reperitur motus in predicamento vbi: quia res contenta in predicamento vbi acquiritur per motum localem. Et reperitur motus in predicamento quantitatis: quia res contenta in predicamenta quantitatis acquiritur vel deperditur per motũ argumẽtationis vel diminutionis. Et reperitur motus in prepicamento qualitatis: q̄ res contenta in predicamẽto qualitatis acquiritur per motũ alterationis Et reperitur motus in predicamento substantie: quia res contẽta in predicamẽto substantie acquiritur vel deperditur per motũ generationis vel corruptionis. ¶ Motus localis est mutatio de vno loco ad aliũ eodẽ subiecto manẽte a principio vsqꝫ ad finẽ. Et solũ cõpetit corporibus: vt patet per auctorem sex principiorũ. ca. de actione vbi dicit sic Solum corpus quod eo de vno loco ad alium transit mouetur.

¶ Corpus dicitur duobus modis. s. corpus simplex: et

corpus mixtũ. Corpus simplex est tale quod nõ cõponiẽ ex cõtrariis elementis: vt elementũ qḋ solũ ꝯponiẽ ex materia p̄ma ⁊ ex forma elemẽtari: q̄ materia prima est maxima simplex: q̄ nõ ꝯponiẽ ex aliquo priori. ¶ Tñ materia p̄ma est illa que est prima in via ꝯpositionis ⁊ vltima in via resolutionis. Et est materia prima indifferẽs ad oẽs formas in potẽtia suscipiẽdas: ⁊ nullã certã formã sibi determinat. ¶ Corpus mixtũ est illud quod ꝯponiẽ ex ꝯtrariis elemẽtis: ⁊ vocaẽ corpus elemẽtatũ: vt homo/lignũ/lapis: ⁊ hm̄õi. ¶ Aliter corpus mixtũ dr̄ duobus modis. s. alatum et inalatũ. Corpus alatũ est illud quod vltimate actuaẽ p animã. Et hoc tripliciter: vel per animã vegetatiuã/sensitiuam: ⁊ intellectiuam. Per animam vegetatiuam: vt arbor/planta. Per animam vegetatiuã ⁊ sensitiuã: vt bos/asinus. per animam vegetatiuam sensitiuam ⁊ intellectiuam: vt homo. ¶ Corpus inanimatũ est illud quod non actuatur per animam: vt aurum/lapis: ⁊ hmõi.

¶ Adhuc corpus dicitur duobus modis scilicet perfe-

ctum et imperfectum. Corpus perfectum est illud quod componitur ex quattuor elemẽtis. Corpus imperfectũ est illud quod non componitur ex quattuor elementis: vt puta ex duobus vel ex tribus.

¶ Sex sunt differẽtie motus. Sursum/deorsum dex-

trorsum/sinistrorsũ/ante ⁊ retro. vñ oẽ corpus quod mouetẽ/mouetẽ versus aliquã istarũ differẽtiarũ. Oẽ corpus corruptibile mouetẽ versus vnicã istarũ naturaliter ⁊ hoc est de natura elemẽti: ⁊ hoc est verũ tã de simplici corpore ꝙ̄ de corpore mixto. tã de alato ꝙ̄ de inalato. Nã ignis q̄ est corpus maxime simplex solũ naturaliter mouetẽ v̄sus sursum ⁊ terra versus deorsum. Et mixta inalata mouentur v̄sus vnicã differẽtiã positiõis. vñ oẽ mixtũ qḋ mouetẽ/mouetẽ ad motũ elemẽti maxie p̄dñantis in ipso. vnde mixtum ex terra ⁊ igne in quo dominatur ignis mouetẽ vers-

sus sursum: ⁊ mixtum ex terra ⁊ igne (in quo dominatur terra) mouetur versus deorsum: non tamen mouetur ita velociter sicut puta terra per se: quia ignis in illo mixto sibi contrarius nititur moueri motu cõtrario illius mixti resistendo inquantum potest: ⁊ illa resistentia est intrinseca: ⁊ sic de animato.

¶ Nota ꝙ animal sõm ꝙ est corpus graue mouetur versus deorsum: hoc est loquendo de natura elementari: loquẽdo tñ de natura sensibili: est animal mobile ẽm omnẽ differẽtiam positionis. Unde omne corpus quod mouetur/mouetur ex certa proportione potentie ad resistentiam.

¶ Duplex est resistentia. s. intrinseca ⁊ extrinseca. Resistentia intrinseca est illa que est in re mota: ⁊ causatur ex proportione vel compositione contrariorũ: et reperitur in corporibus mixtis solum: ⁊ non in simplicibus. Unde si sit aliquod mixtũ ex terra et igne (in quo dñatur terra) tunc illud mixtum mouetur versus deorsum: quia omne mixtum quod mouetur/mouetur ad motũ elemẽti dñantis in ipso: et tñ non mouetur ita velociter sicut puta terra per se: q2 ignis in illo mixto (qui contrariatur terre) nititur moueri motu contrario. s. resistẽdo inquantũ potest: et illa vocatur resistentia intrinseca. Resistent a extrinseca est illa que extra rem motam: ⁊ causatur ex difficultate diuisionis medij: vt aeris vel aque: et hmõi: vt si aliquod mixtum debeat descendere per mediũ aeris densitas aeris resistit sibi extrinsece: ⁊ elementum subdominans resistit intrinsece. Unde si mixtum moueatur in medio vel in plano illud mouetur ex ꝓportione potentie ad suam resistentiam extrinsecam et intrinsecam: sed simplex mouetur solum ex proportione potentie ad resistentiam extrinsecam: quia simplex non habet resistentiam intrinsecam. Sed si imaginaretur aliquod vacuum: ⁊ mixtum moueretur in illo: tunc solum moueretur ex proportione potentie ad suã resistentiam intrinsecã: sed simplex in vacuo moueri nõ põt successiue: eo ꝙ nullã resistentiã hʒ intrinsecã.

¶ Motus localis dicitur tripliciter. naturalis scʒ ⁊ violentus. Motus naturalis est ille qui procedit a principio rei intrinsece natura rei inclinãte: vt descensus est motus naturalis terre: ⁊ ascensus ignis. Motus violentus est ille qui procedit a principio extrinseco natura rei non inclinante: vt si terra pellatur versus sursum: tunc ille motus ascensiuus est violentus. Motus naturalis semper intẽditur versus finem: ita ꝙ in quolibet instanti posteriori est talis motus velocior ꝙ̃ in aliquo priori illo. Sed motus violentus semper remittitur versus finem. Ita ꝙ semper fiat tardior et tardior: ita ꝙ in quolibet instanti posteriori erit tardior ꝙ̃ in aliquo priori. ⁊c̃.

¶ Motus rectus est ille mediante quo describitur linea recta. Et talis est motus elementorum existentium extra locum suum naturalem. Motus circularis est ille mediante quo describitur/describitur linea circularis: vt motus celi: et nullus motus potest esse perpetuus vel continuus: nisi motus circularis. Motus reflexus est quãdo aliquod obijcitur contra suum obstaculum et statim retro percutitur.

¶ Tria requiruntur ad vnitatẽ motus. s. vnitas motoris/vnitas mobilis/vnitas tpis. Unitas motoris est ꝙ idẽ motor maneat a principio vsq; ad finem: vnitas mobilis est ꝙ maneat idem mobile a principio vsq; ad finem. Unitas tpis est ꝙ idẽ tps maneat a principio vsq; ad finẽ sine quiete media. Motus reflexus nõ põt esse vnus nec ꝯtinuus: q2 inter quoscũq; duos motus cõtrarios cadit quies media. Uñ omne quod mouetur successiue mouetur/mouebitur: ⁊ motum erat. Ita ꝙ nõ est dare primũ instãs motus successiui nec vltimũ. Ideo quicquid incipit moueri/incipit mouere per remotionem de presenti: et per positionem de futuro. Et quicquid desinit moueri desinit moueri per remotionem de presenti et positionẽ de preterito: et hoc intelligitur de omni motu successiuo. Omnis motus successiuus est tẽporalis vel mensuratus a tempore: sed motus subitꝰ solum mensuratur per instans. Et ideo talium motuum est dare primum instans ⁊ vltimum.

¶ Gradus summus est ille gradus qui nō est admixtus cum suo contrario: et est ita intensus in illa natura q nullus gradus illius nature est ipso intensior: continens virtualiter in se omnem gradum possibilem illius nature. Unde gradus summus albedinis est ille gradus qui nullo modo est admixtus cum suo contrario: hoc est cum nigredine. Nam sūmus gradus albedinis est pura priuatio nigredinis. Non gradus albedinis est pura priuatio albedinis: sicut nigredo summa: que nichil habet de latitudine albedinis.

¶ Latitudo est distantia graduum per quam vnus gradus distat ab alio: vel latitudo albedinis est tota natura albedinis continēs in se omnes gradus albedinis vniformiter: et difformiter dispositos secundū intēsius ⁊ remissius a non gradu albedinis ad sūmū gradum albedinis: ⁊ sic est de latitudine aliaꝝ qualitatū. Unde in oī latitudine sūt infiniti gradus: sicut in omni tempore sunt infinita instantia: et inter quoscūq; gradus cadit latitudo media: sicut inter quecūq; duo instantia cadit tempus medium.

¶ Unde gradus dicunt̄ intensi vel remissi penes participationem cum suis contrarijs secundum maius et minus. Ideo albedo dr̄ esse intensa: eo q modicū habet de suo contrario secū admixto: ⁊ dr̄ remissa: eo q multū habet de suo contrario. Unde si sint duo gradus albedinis inquanto vnus habet minus de nigredine secum admixta q̄ alter: in tanto dicitur intensior. ⁊ quantum plus habet de nigredine in tanto dicitur remissior. Et nichil habeat de suo contrario dicitur intensissimus vel summus quod idem est.

¶ Alio modo dicuntur gradus intensi vel remissi penes ꝓpinquitatē vel distantiā a nō gradu: et dr̄ gradus remissus: eo q per puā distantiā distat a nō gradu: ⁊ dr̄ intēsus eo q per magnā distantiā distat a non gradu. Ideo si sint duo gradus intensi: ille qui per minorē distantiā distat a nō gradu dr̄ remissior: ⁊ ille q̄ per maiorē distātiā distat a nō gradu dr̄ intensior: et ideo in qualibet latitudine inter nō gradū et gradū summū: est aliquis gradus intensior: ⁊ aliq̄s gradus remissior. Nullus est gradus intrinsecus inter non gradū ⁊ gradū: quin ille est intrinsecus ⁊ remissus: sed gradus summ⁹ est intensus ⁊ non remissus. Intendere est per aliquam latitudinem mediā gradum perfectiorem acquirere. Remittere est per aliquā latitudinē mediā gradum perfectiorem deperdere.

¶ Intendere ad aliquem gradum est duplex. scꝫ iclusiue ⁊ exclusiue. Intendere ad aliquem gradū inclusiue est totam latitudinem mediam terminatā ad illū gradū acquirere: et in fine intēsionis sub illo gradu existere. Intendere ad aliquem gradum exclusiue est totam latitudinē mediam terminatam ad illum gradum acquirere illum gradum non acquirendo.

¶ Remittere ad aliquem gradū est duplex. scilꝫ inclusiue ⁊ exclusiue. Remittere ad aliquē gradū inclusiue est totā latitudinem mediā et gradū habitum deperdere: et sub illo gradu in fine remissionis non existere. Remittere ad aliquē gradū exclusiue est totā latitudinē terminatā citra illum gradū perdere non deperdēdo illū gradū: ⁊ sub illo gradu in fine remissionis existere.

¶ Ad non gradum remittere est totam latitudinem vsq; ad puram priuationem qualitatis deperdere. A nō gradu intendere est a pura priuatione illius qualitatis aliquem gradum acquirere.

¶ Intendere ad aliquem gradum siue inclusiue siue exclusiue est dupliciter. s. vniformiter et difformiter. Uniformiter intēdere est tantam latitudinē acq̄rere ī vna parte tp̄is sicut in alia sibi equali. Difformiter intēdere est maiorē latitudinē acquirere in vna parte tp̄is q̄ in alia sibi equali.

¶ Remittere aliquem gradum siue inclusiue siue exclusiue est dupl'r. s. vniformiter ⁊ difformiter. ¶ Uniformiter remittere est tantam latitudinē deperdere in vna pte tpis sicut i alia sibi equali. ¶ Difformiter remittere est maiorē latitudinē deperdere i vna pte tpis q̄ in alia sibi equali. ¶ Uñ si quis intēdat motū siue vniformiter siue difformiter: siue remittat sēper difformiter mouet̄: ⁊ nō vniformiter. Nā qui vniformiter mouet̄ ꝯtinue in eodē gradu: nec acq̄rēdo latitudinē nec deꝑdēdo. Nā vniformiter moueri: est tm̄ spaciū ꝑtrāsire in vna parte tpis sicut i alia sibi equali. Sed quicūq; intēdit motū suū vel remittat acquirit latitudinē vel deꝑdit: ⁊ sic aliq̄n mouet̄ gradu intēsiori. ⁊ aliq̄n gradu remissiori. g̈ q̄cūq; intēdit motū suū vel remittit difformiter mouet̄ ⁊ nō vniformit̄.

¶ Notandū est q̄ ad hoc q̄ aliqua duo sint actiua vel passiua adinuicē duo req̄runt̄. Primū est q̄ sint silia q̄ ad materiā: ⁊ q̄ sint colcantia in materia. Scdm est q̄ sint ꝯtraria quo ad formā. i. q̄ forme eoꝝ sint ꝯtrarie vñ ad actionē req̄rit̄ silitudo materiarū: ⁊ ꝯtrarietas formaꝝ: ⁊ ad hoc q̄ sit actio requirit̄ dñiū agētis sup passū. ita q̄ patiat̄ ab illo agēte: ⁊ q̄ sit sufficiēs approximatio inter agēs ⁊ patiēs: vnde oēe agens se habet ad suū passū in ꝓpōne maioris inequalitatis: et requirit̄ q̄ potentia agētis excedat resistentiā illius passi.

¶ Proportio dicitur tribus modis. s. proportio maioris iequalitatis: ꝓportio minoris ineq̄litatis: ⁊ ꝓportio eq̄litatis. Proportio maioris ineq̄litatis est hītudo maioris q̄titatꝫ ad minorē: vt quattuor ad duo. Proportio minoris iequalitatis est ecōtra: scꝫ hītudo minoris q̄titatis ad maiorē: vt duo ad quattuor. Proportio equalitatis est duarū rerū equaliū adinuicē hītudo: vt quattuor ad quattuor. Et solū ex ꝓportione maioris inequalitatis ꝓuenit motus ⁊ actio. ¶ Aliq̄d pōt agere in aliq̄d dupl'r: vel ex ꝓportione toti⁹ ad totū: vel ex ꝓportione toti⁹ ad partē. Agens agit in passū ex ꝓportione toti⁹ ad totū: q̄n totū agēs dñat̄ supra totū passū: ⁊ sic agit mai⁹ l min⁹: ⁊ hoc ꝓꝑe vocat̄ agere vl actio. Agēs agit in passū ex ꝓportione toti⁹ ad partē q̄n agēs nō dñat̄ supra totū passū sed super aliquā ei⁹ partē: ⁊ tūc dr̄ actio ex ꝓportione toti⁹ agētis ad partē: ⁊ hec vocat̄ reagere vel reactio: ⁊ talis reactio reperitur in maius ⁊ minus ⁊ inter duo equalia. Silr̄ aliquid pati pōt dupl'r. scdm totū: vel ſm partē: ⁊ tunc dr̄ repati. Uñ oēe agens colcans in materia cū suo passo in agendo repatitur. Unde partes elementoꝝ dicūtur maxime actiue et passiue: q: omia elementa in suis spheris sunt equalis virtutis: et ideo inter elemēta in suis spheris est reactio vel repassio: q: continue agunt adinuicem et patiuntur secundum partes immediatas.

¶ Quattuor sunt elemēta. scilicet ignis/aer/terra/et aqua: et quattuor sunt qualitates prime. scilicet caliditas/frigiditas/siccitas/et humiditas: scdm quarū combinationes resultat numerus elementorum.

¶ Sex sunt cōbinationes qualitatū: quarū due sunt impossibiles: et quattuor sunt possibiles. Et quot sunt qualitatū primarum combinationes possibiles: tot sunt elementa in specie: et sic inuestigantur a phō in libris de generatione q̄ tm̄ quattuor sūt elemēta in specie. Qualitates prime sunt iste ex quibus resultant omnes alie qualitates: et ille non resultant ex aliis.

¶ Prima cōbinatio est caliditas et siccitas: cui r̄ndet ignis: q: est calidus et siccus in quo dñatur caliditas: in omni combinatione vna qualitas habet se in predñio ad aliā. ¶ Scda ꝯbinatio est caliditas ⁊ humiditas cui r̄ndet aer: qui est calidus ⁊ humidus in quo dñatur humiditas. ¶ Tertia combinatio est frigiditas ⁊ humiditas: cui respondet aqua que est frigida ⁊ humida: in qua dñatur frigiditas. ¶ Quarta cōbinatio est frigiditas ⁊ siccitas: cui respōdet terra que est frigida ⁊ sicca: in qua dñatur siccitas. ¶ Quita cōbinatio est caliditas et frigiditas: cui r̄ndet nullū elementū: quia illa est impossibilis: quia cali-

ditas et frigiditas sunt qualitates contrarie: et qualitates contrarie nō possunt esse in eodē subiecto: et hoc denominatiue. ¶ Sexta combinatio est humiditas ⁊ siccitas: cui non correspondet aliquod elementum propter causam predictam.

¶ **Ignis est elementum nobilissimum / subtilissimū** purissimū / rarissimū / ⁊ leuissimū. et ideo collocatur ī supremo loco regionis elemētoꝝ. scꝫ in cōcauo orbis lune. Et sub igne imediate est aer: et sub aere aqua: et sub aqua terra. Que terra est elementū grauissimū / densissimū / et vilissimū: ⁊ ideo collocatur in infimo loco oīm elemētoꝝ. Silr̄ ignis est in decuplo maioris q̄ntitatis q̄ꝫ aer: et in decuplo rarior illo. Et aer est in decuplo maioris quātitatis q̄ꝫ aqua: et in decuplo rarior illa. Et aqua est in decuplo maioris quātitatis q̄ꝫ terra: et in decuplo rarior illa. Unde elementum in quanto est maioris quantitatis: in tanto rarius est: et in quanto minoris quantitatis: in tanto densius est.

¶ **Quedā sunt elemēta simbola / ⁊ quedā dissimbola** Elementa simbola vocātur illa que cōueniūt in aliqua qualitate p̄ma vt ignis et aer / aer et aqua / aqua et terra / terra et ignis. Elementa dissimbola sunt illa que nulla qualitate prima conueniūt: vt ignis et aqua / aer ⁊ terra. Inter elemēta simbola est facilior actio q̄ꝫ inter dissimbola. vt patet in libro de gnā.

¶ **Quedā sunt corpora homogenea: et quedā etherogenea.** ¶ Corpora homogenea sunt illa quoꝝ oēs partes q̄ntitatiue sunt eiusdem nature: ⁊ eiusdē denoīationis cū suis totis: vt ignis: qꝛ q̄libet pars ignis est ignis et quelibet pars aque est aqua. ¶ Corpora etherogenea sunt illa quorum non omnes partes sunt eiusdem nature vel eiusdem denominationis cum suis totis: vt homo asinus: et huiusmodi. nam non quelibet pars hominis est homo.

¶ **Qualitatū primarū. Quedā sunt actiue / et quedā** passiue. ¶ Actiue sunt que se habēt per predominiū in elemētis sicut caliditas in igne: et humiditas ī aere: ⁊ sic de aliis. ¶ Passiue sunt tales q̄ se habent per subdominiū: sicut caliditas in aere ⁊ siccitas in igne. ¶ Due sunt actiue. scꝫ caliditas et frigiditas. ¶ Due sūt passiue. scilicet siccitas et humiditas. et sic de elementis in quibus dominantur. Non tamen dicuntur actiue: eo q̄ patiantur: quia hoc est falsum. sed quia principaliter sunt actiue: et ex consequente sunt passiue.

¶ **Qualitates prime sunt quattuor / ex quibus resul**tant oēs alie qualitates: ⁊ ille nō resultāt ex aliis. ¶ Qualitates scd̄e sunt ille que resultāt ex certa p̄pōne qualitatū primarū adinuicē: vt albedo / nigredo / amaritudo dulcedo: et sic de aliis. quarū quelibet dr̄ vniformis siue difformis sicut prime.


¶ **Qualitas vniformis est illa cuiꝰ quelibet pars est** eque intensa cum suo toto. Unde si sit qualitas vniformis: tūc nulla pars eius est intensior alia. Tamen in qualitate vniformi vna pars est maior alia: tamē nō intensior. Unde non eadē de causa dr̄ vna albedo intensior alia: et maior alia. nam albedo dr̄ intensior alia: qꝛ per minorē latitudinē distat a non gradu. Sed albedo dr̄ maior alia: qꝛ extēditur per maius subiectum q̄ꝫ alia. Unde intensio qualitatꝭ est ratione distantie a suo nō gradu. Sed magnitudo qualitatis est ratione subiecti. Unde intēsio et remissio: sunt proprie differētie qualitatis: ⁊ ideo qualitas dicitur intēsa et remissa per se. Sed magnum et paruum sunt indifferentie quantitatis. ideo quantitas dicitur magna et parua per se ratione dimensionis. Sed qualitas aliquādo dr̄ magna et parua: sed hoc non est per se: sed per accidens: qꝛ ratione alterius quantitatis puta subiecti: ⁊ quātitas aliquādo dr̄ intēsa ⁊ remissa non tn̄ per se. sed per accidēs: quia ratione alterius. vt puta qualitatis.

¶ **Qualitas difformis est talis cuius vna pars est in**tensior alia. Et est duplex qualitas difformis. scꝫ Qualitas difformiť difformis: ⁊

pt

qualitas uniformiter difformis. ¶ Qualitas difformiter difformis est talis cuius aliq̃ partes sũt immediate secundũ extensionẽ. multũ tamẽ distant secũdum intensionẽ. i. cuius partes terminãtur ad eũdem punctũ in quãtitate. non tñ terminãtur ad eundẽ gradũ in q̃litate vt si A sit vnũ corpus. cuius vna medietas sit alba. gradu secũdum se totã. et alia medietas sit alba gradu media inter gradũ mediũ et sũmũ secundum se totã. tũc tota illa albedo est difformiter difformis et hoc corpus albũ est difformiter difforme: quia partes q̃ sunt immediate secũdum extensionẽ vel secũdum quãtitatẽ: multũ tñ distant secundum intẽsionẽ. i. secũdum qualitatẽ. Nã iste due medietates illius A secũdum extensionẽ sunt imediate: quia terminãtur ad eundẽ punctũ: vt puta ad pũctũ medium. et tñ iste medietates multũ distãt secundum intẽsionẽ: quia nõ terminãtur ad eũdẽ gradum in qualitate sed distant per plures gradus medios latitudinis albedinis.

¶ Figura quattuor qualitatum.



¶ Et elementorum contrariorum.

¶ Aliqua duo esse immediata est dupliciter: scilicet secũdum extensionẽ: et secũdum intensionẽ. Illa sunt immediate secũdum extensionẽ que terminantur ad eũdem punctũ in quantitate. Illa sunt immediata secũdum intẽsionẽ que terminant ad eũdẽ gradũ in q̃litate. Qualitas vniformiter difformis est illa cuius omnes partes sunt imediate tã secundum extẽsionẽ q̃ secũdum intẽsionẽ. i. terminãtur ad eũdẽ pũctũ in quãtitate et ad eũdẽ gradũ in qualitate et ille gradus ad quẽ sic terminãtur est gradus intensissimus q̃ nõ est in parte remissiori et etiã remississimus q̃ nõ est in parte remissiori. Nã ille gradus ad quẽ sic terminãtur iste partes imediate: nõ est in parte intẽsiori citra certũ gradũ ideo iste gradus est intẽsissimus qui nõ est in parte intẽsiori: et iste gradus nõ est in parte remissiori: sed q̃libet remissior illo citra certũ gradũ est in parte remissiori.

et ideo ille gradus est remississim⁹ q̃ nõ est ĩ pte remissiori: ⁊ etiã oĩs qualitas vniformiter difformis terminat ad duos gradus exclusiue. s. ad gradũ sũmũ et ad nõ gradũ. Vñ q̃libet latitudo terĩata ad duos grad⁹: quoꝝ neuter est sũmus. terminatur ad vnũ gradũ ƒm extremũ sui intẽsius ⁊ ad aliũ gradũ ƒm extremũ sui remissius. Et iste gradus ad quẽ terĩatur sic talis latitudo scd̃m extremũ sui intensius dicitur remississimus qui nõ est in illa latitudine. Nã iste gradus nõ est in ista latitudine / sed q̃libet remissior illo citra certũ gradũ est ĩ illa latitudine. Et ⁊ iste gradus ad quẽ terĩatur illa latitudo ƒm extremũ sui remissius dicit intẽsissimus q̃ non est in illa latitudine: q: ille gradus nõ est in illa latitudine: sed quelibet intensior illo citra certũ gradũ est ĩ illa latitudine. ideo est intẽsissim⁹ q̃ nõ est in illa latitudie.

¶ Quelibet qualitas vniformiter difformis seu latitudo quod idem est correspõdet gradui suo medio ⁊ est equalis intensionis cũ gradu suo medio ⁊ minus intensa q̃ medietas eius remissior: ⁊ maius intensa q̃ medietas eius remissior. Unde latitudo a gradu summo ad non gradum: est equalis intensionis cum qualitate vniformiter: vt quattuor. ⁊ sic de aliis.

¶ Motus dicit quattuor modis scz vniformis difformis vniformiter difformis: ⁊ difformiter difformis. Motus vniformis est ille quo in tpe equali spaciũ ptrãsit equale. Vñ vniformiter moueri est tm̃ spaciũ ptrãsire in vna parte tpis sicut ĩ alia sibi equali. Motus difformis est ille ĩ quo tpe equali spaciũ pertrãsitur inequale. vnde difformiter moueri est plus de spacio ptrãsire ĩ vna parte tpis q̃ in alia sibi equali. Motus vniformiter difformis est ille quo vniformiter acquirit latitudo motus. vel vniformiter depdit latitudo motus. vnde vniformiter difformiter moueri est vniformiter acq̃rere latitudinẽ mot⁹ vel vniformiter depdere latitudinẽ motus. Motus difformiter difformis est ille q̃ difformiter acq̃rit latitudo motus vel difformiter depditur latitudo motus. Vñ difformiter moueri est difformiter acq̃rere latitudinem motus vel difformiter depdere latitudinẽ motus. ¶ Quot modis dr̃ motus tot modis dr̃ intensio motus: et remissio motus. ⁊ sicut motus se habet ad spaciũ extra: sic se habet intẽsio ad latitudinẽ motus intra. q: sicut per motũ acq̃rit spaciũ extra: sic p intẽsionẽ. motus acquirit latitudo motus intra. Ideo intensio motus est acq̃sitio latitudinis mot⁹. Et intendere motum est acquirere latitudinem motus. Et remissio motus est deperditio latitudinis motus: et remittere motum deperdere latitudinem motus.

¶ Ideo intensio motus dicitur quattuor modis. scilicet vniformis / difformis / vniformiter / difformis / difformiter difformis. ¶ Intensio mot⁹ vniformis est illa mediãte qua in tpe equali latitudo motus acquiritur equalis. vnde intẽdere motũ vniformiter est tantũ de latitudine acquirere ĩ vna parte tpis sicut in alia sibi equali. Remissio mot⁹ vniformis est illa mediãte qua in tpe eq̃li latitudo motus depdit equalis. vnde remittere motũ vniformiter est tantũ de latitudine motus deperdere in vna parte tẽporis: sicut ĩ alia sibi equali. ¶ Intensio motus difformis est illa qua in tẽpore equali latitudo motus acquiritur inequalis. vnde intẽdere motũ difformiter est plus de latitudine mot⁹ acquirere ĩ vna parte tpis q̃ in alia sibi equali. Remissio motus difformis est illa qua ĩ tẽpore equali latitudo motus deperdit in equalis. vnde remittere motũ difformiter est plus de latitudine motus deperdere in vna parte tpis q̃ in alia sibi equali ¶ Intensio motus vniformiter difformis est illa qua in tẽpore equali latitudo intensionis motus acquiritur equalis. vnde vniformiter difformiter intendere est tm̃ de latitudine intensionis motus acquirere in vna parte tẽporis sicut ĩ alia sibi equali. Remissio motus vniformiter difformiter est illa qua ĩ tẽpore equali latitudo intensionis motus deperdit equalis. Unde vniformiter difformiter remittere est tantũ de latitudine intensionis motus perdere in vna parte tẽporis sicut in alia sibi equali. ¶ Intensio difformiter difformis est illa qua ĩ tẽpore equali latitudo intẽsionis motus acquiritur in equalis. vnde intendere difformiter / difformiter est plus de latitudine intẽsionis motus acquirere in vna parte tẽporis q̃ ĩ

alia sibi equali. ¶ Remissio motus difformiter difformis est illa qua i tpe equali latitudo ītēsiōis mot⁹ dep̄dit̄ inequalis. Un̄ remittere difformiter / difformiter est plus de latitudīe intēsionis motus deperdere in vna partis tpe q̄ i alia sibi equi. ⁊c.

¶ Aliquid moueri vniformiter est duplex sciꝫ quo ad tēpus ⁊ quo ad subiectū. illud mouet̄ vniformiter quo ad tēpus cuius p̄ctus velocissimi motus mouet̄ vniformiter. Illud mouetur vniformiter quo ad subiectū cuius quelibet pars eque velocior mouet̄ cū suo toto: ⁊ similiter est de difformiter moueri. Solū motus successiuus est velox. ⁊ tardus motus autem subitus non. ⁊c.

¶ Quattuor modis d̄r causa. s. causa materialis causa formalis: causa efficiēs: ⁊ causa finalis. Causa materialis est illa ex qua cōponit̄ res ⁊ manet i re. vnde causa materialis ⁊ materia idē sūt. Causa formalis est illa p̄ quā est talis qualis ipsa est. ⁊ qua posita ponit̄ ⁊ res ⁊ qua ablata auffertur et res. Cā efficiēs est illud agēs q̄ cōponit illā rē ⁊ efficit eandē. Causa finalis est illa ꝓpter quā fit res prime vt p̄ncipaliter. verbi gr̄a. vt ligna / lapides / ⁊ hmōi sūt cause materialis domus: ⁊ talis figura resultās ⁊ ꝯiūctione partiū adinuicē est cā formalis. et ip̄e carpētarius est causa efficiēs domus. Sed causa finalis est cōseruatio corpoꝝ. A nocumētis extrinsecis. videlꝫ ab ymbrib⁹ / frigoribus / fulminib⁹ et hmōi. Due istarū sunt cause extrinsece: ⁊ due intrinsece. Intrinsece sunt cā materialis et causa formalis. Extrinsece sunt causa efficiēs: et causa finalis. Unde primo phisicoꝝ tradita sunt tria principia rerum naturalium intrinseca scilicet materia forma et priuatio. Sed due prime sunt per se: et tertia per accidens.

¶ Corpoꝝ quoddam est colunnare / et est corpus. longum figuratū ad modū postis vel colūne. ¶ Corpus piramidale siue piramis q̄d idē est: est corpus figuratū ad modū piri: cuius extremū acutū vocat̄ conus: ⁊ extremū obtusū vocat̄ basis. ¶ Corpus circulare vel sphericū est corpus rotūdū i cuius medio est vn⁹ p̄ctus a quo oēs linee ad circūferētiā ꝓtractare sūt eq̄les ⁊ ille p̄ctus vocat̄ centrū sphere: vel circuli. Circūferētia sphere vel circuli est extrema superficies circuli extra q̄ nichil illi⁹ est. ¶ Dyametrū circuli est linea recta extiens ab vno p̄cto circūferētie ad punctū oppositū q̄ trāsiens p̄ centrū diuidit circulum p̄ duos semicirculos. ¶ Semidyametrū circuli est linea recta exiēs a cētro circuli i ad ei⁹ circūferentiā. ¶ Semicirculus est medietas circuli cū dyametro / vt p̄ꝫ in tuēti. Corpus triāgulare: trilaterū: vel trigonū est. Corp⁹ hn̄s tres angulos ⁊ tria latera. ¶ Corp⁹ quadratū: quadrangulū: quadrilaterū: vel tetrāgulū est corp⁹ habens quattuor angulos ⁊ quattuor latera: ⁊ hoc dupl'r. Aut habet quattuor angulos rectos ⁊ quattuor latera equalia ⁊ sic est quadratū. aut habet quattuor angulos rectos ⁊ quattuor latera in equalia ⁊ sic est quadrāgulum vel quadrāgulare. ¶ Corpus pentagonū est corpus hn̄s q̄nq̄ latera ⁊ q̄nq̄ angulos rectos. ¶ Corpus sexagonū est corpus habēs sex latera et sex angulos. et sic de septagono ⁊ octogono ⁊ similibus. ¶ Angulus rectus est q̄n vna linea recta perpēdiculariter cadit super aliā lineā rectā. ¶ Angulus acut⁹ est quilibet angulus minor recto. ¶ Angul⁹ obtusus vocatur quilibet angulus maior recto. ¶ Corpus planū est illud cui⁹ superficies ⁊ plana nullatenus vigēs ad asperitatē: vt tabula. ¶ Corpus gybbosum est tale cuius vna superficies excedit aliā. ¶ Corpus concauum est tale cuius partes deficiunt ad intra sicut doliū. ¶ Corpus cubicum est tale cuius oēs dimensiones sunt equales. ¶ Corpus transparens vel dyaphanū quod idē est: est tale corp⁹ q̄d non est per se visibile: sed per lumen infra se receptum scd̄m Aristo. scd̄o de aīa vt ignis / aer / aqua / speculū / et vitrum. ¶ Corpus opacū est tale q̄ non potest infra se lumen recipere sicut terra ⁊ corpora terrestria vt lapides. ¶ Corpus neutrū est illud quod neq̄ est album: neq̄ nigrum: sed album et nigrum copulatim.

¶ Rerum naturalium quedam sunt corporalia. quedā non corporalia. Corporalia. vt homo Animal. Non corporalia vt albedo nigredo. ¶ Adhuc rerū naturaliū quedam sūt corporea simplicia: et quedā composita.


Liber naturarum.


Corporalia simplicia: vt ignis/aer/terra/aqua. Composita. vt homo animal.

¶ Nota q sunt septem planete scilicet. Saturnus/Jupiter/Mars/Sol/Venus/Mercurius/ꝛ Luna. Nota q in octaua sphera situantur omnes stelle. Sol est corpus splendidissimū: et luna corpus obscurissimum: vt mouetur in multo velocius ꝙ sol.

¶ Nota q sunt aliqui planete interpositi solem et lunam et illi planete aliquando impediunt lunam capere lumen plenum a sole: et tunc est eclypsis lune vt asserunt astrologi.

¶ Sequuntur figure corporum predictorum.




Corpus octogon̄.
corpus cōcauū
Corp⁹ quadratum.
Circū ferētia
Centrum.
Corpus
colūnare.
Celum stellatum
Saturnus
Jupiter
Mars
Sol
Uenus
Mercurius
Luna
Ignis
Aer
Aqua
Terra

¶ Incipit tractatus de proportionibus.

OMnis proportio aut est communiter dicta: aut proprie dicta/ vel magis proprie dicta.

¶ Proportio communiter dicta est duorum comparatorum adinuicem cuiuscunqȝ generis fuerint adinuicem vnius ad alterum habitudo. Et talis proportio potest esse inter equalia vel inequalia. Hoc est inter ea que sunt inter maius et minus se habentia: et inter omnino similia. Et ideo inter quecunqȝ potest esse aliqua comparatio. Aliquo modo inter illa potest esse proportio communiter dicta.

¶ Proportio proprie dicta est duorum comparatorum adinuicem eiusdem generis vnius ad alterum habitudo. Et talis proportio non solum est inter quantitates/ et sic de ceteris reperitur.

¶ Proportio magis proprie dicta est solum inter quantitates: que sic diffinitur. Est duarum quantitatum adinuicem eiusdem generis vnius ad alterum habitudo. per hec ꝙ tam in proportione proprie dicta/ ꝙ in proportione magis proprie dicta exprimitur eiusdem generis: patet ꝙ inter substantiam et accidens non est proportio proprie dicta: neqȝ magis proprie dicta. Nam substantia ⁊ accidens nō sunt eiusdem generis.

¶ Proportio magis ꝓpria dicta dicitur duobus modis. Rationalis scilicet et irrationalis. ¶ Proportio magis proprie dicta rationalis est que immediate denominatur ab aliquo certo numero. sicut proportio dupla imediate denominatur a duobus/ tripla a tribus.

¶ Proportio magis ꝓprie dicta irrationalis est que nō immediate: sed mediate denominatur ab aliquo certo numero: sicut medietas proportionis duple mediate denominatur a duobus. probatur sic. medietas proportionis duple immediate denominatur a proportione dupla: ⁊ proportio dupla immediate denominatur a duobus. ergo sequitur ꝙ medietas proportionis duple mediate denominatur a duobus.

¶ Proportio rationalis differt a proportione irrationali. Nam proportio rationalis solum est inter quātitates commensurabiles/ communicantes/ seu rationales: Proportio irrationalis solum est inter quantitates incommensurabiles non communicantes: seu irrationales.

¶ Quantitates commensurabiles/ cōicantes/ seu rationales. Sunt ille quibus est vna mensura communis: quālibet illarū precise mēsurans sicut linea bipedalis et linea tripedalis: quarū vtramqȝ linea pedalis precise mensurat. nam linea pedalis bis sumpta precise mensurat et reddit bipedalē. Ter vero sūpta precise reddit tripedalem. ideo linea bipedalis et tripedalis sunt quantitates commensurabiles: communicantes seu rationales.

¶ Quantitates aūt incommensurabiles non cōicantes seu irrationales sunt ille quibus non est aliqua mēsura communis quamlibet illarum precise mensurans: sicut dyametrum et costa quadrati; quia medietas coste quadrati bis sumpta minus reddit ꝙ equale dyametrum: ter vero sumpta magis reddit ꝙ equaliter dyametrum.

¶ Similiter dyametri medietas bis sumpta equaliter reddit dyametrū. Si vero bis sumatur non equaliter reddit costam quadrati. Patet ergo ꝙ dyametrū et costa quadrati sunt quantitates incommensurabiles: non communicantes: seu irrationales.

Costa quadrati.



Costa quadrati.

¶ Proportio rationalis reperit in numeris: et in alijs quātitatibus quibuscūqꝫ. Et causa est: quia non sunt aliqui duo numeri assignandi quin inter illos est proportio rationalis: qꝛ illis est aliqua mensura cōis scꝫ vnitas. ¶ Proportio irrationalis nō in numeris reperitur: sed inter omnes alias quantitates potest esse.

¶ Similiter ꝓportio magis proprie dicta dicitur dupliciter. Quedam est equalitatis: et quedam est inequalitatis. ¶ Proportio equalitatis est duarum quantitatum equalium adinuicem habitudo: sicut inter vnū et vnum. duo ⁊ duo. tria et tria: et sic deinceps. ¶ Proportio inequalitatis est duarum quantitatum inequalium adinuicem habitudo. Et hec est duplex. Quedam maioris inequalitatis. Quedam minoris inequalitatis.

¶ Proportio maioris inequalitatis est habitudo maioris quantitatis ad minorem: vt duo ad vnum. tria ad duo. bipedale ad pedale et sic de similibus.

¶ Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quantitatis ad maiorem: vt vnum ad duo. duo ad tria: et sic deinceps.

¶ Proportio maioris inequalitatis habet quinqꝫ species: vel dicitur quinqꝫ modis. scꝫ multiplex superparticularis superpartiēs: multiplex superparticularis ⁊ multiplex superpartiēs. Multiplex proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorē multotiens continentis numerū minorē: ⁊ hec in species infinitas partitur. Si enim maior ꝙtitas bis continuat minorem: proportio dupla vocat. Si vero ter/tripla. Si quater/ꝗdrupla: ⁊ sic i infinitū. Exemplū ꝓportionis duple: vt duo ad vnū. quattuor ad duo. octo ad quattuor. Superparticularis proportio est habitudo maioris ꝙtitatis ad minorē illā semel continentis ⁊ eius partē aliquotā vltra. Pars aliquota est illa que aliquotiens sumpta reddit equaliter suū totum. Pars vero non aliquota est illa que aliquotiens sumpta non reddit equaliter suum totum: vtp ternarius respectu ternarij: et sic de alijs. Hec eīn proportio infinitas recipit sectiones. Vnde si maior ꝙtitas semel minorem numerū contineat: et eius medietatē vltra dicitur ꝓportio sexquialtera vt est inter tria ⁊ duo. sex ad quattuor. ⁊ sic procedendo in infinitū. Si autem maior quantitas con

tineat minorē ⁊ eius partem tertiam vltra dicitur ꝓportio sexquitertia. vt quattuor ad tria. Si autē quartā partē vltra: sexquiquarta dicitur: vt quinqꝫ ad quattuor: et sic in infinitum. Si vero quintam partē vltra: sexquiquinta dicitur: vt sex ad quinqꝫ: et sic ꝓcedendo: vt prius in quibuscūqꝫ duobus numeris. ¶ Supparciens proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam simul continētis Et aliquas partes vltra: ex quibus simul sumptis non fit pars aliquota respectu minoris quātitatis: et talis ꝓportio infinitam recipit sectionē. Unde si maior q̄titas semel minorē numerū contineat: ⁊ tales duas partes vltra: ex quibus simul sumptis non fit aliqua pars aliquota respectu minoris q̄titatis: quarum quelibet pars est tertia pars respectu minoris numeri: dicitur proportio superpartiēs tertias: vt quinqꝫ ad tria. decem ad sex. et sic ꝓcedendo in infinitū. Si vero maior q̄titas semel minorem contineat: et tales tres partes vltra: ex quibus simul non fit aliqua pars aliquota respectu minoris: quarū quelibet est quarta pars respectu numeri minoris: dicitur proportio supertripartiens quartas: qualis est inter septem et quattuor: decim et octo: et sic in infinitum.

¶ Multiplex supparticularis est habitudo maioris

q̄titatis ad minorem illam multotiēs continentis et eius aliquotam vltra. Un̄ si maior quantitas bis minorem numerum contineat: et eius medietatem vltra: ꝓportio dupla sexquialtera dicitur. Si ter / dicitur ꝓportio tripla sexquialtera. Exemplū primi: vt quinqꝫ ad duo / decem ad quattuor. Exemplū scđi: vt septē ad duo / quattuordecim ad quattuor. Si enim maior q̄titas bis minorem cōtineat: ⁊ eiꝰ tertiā partē vltra: proportio dupla sexquitertia dicitur: vt septem ad tria / quattuordecim ad sex. Et si quartā partē vltra: proportio dupla sexquiquarta dicitur: vt nouē ad quattuor / octodecim ad octo. ¶ Multiplex superpartiens est habitudo maioris q̄titatis ad minorem illā multotiēs continentis et alias partes vltra: ex quibus simul sumptis nō fit aliqua pars aliquota respectu minoris numeri. Un̄ si maior q̄titas bis minorē cōtineat: ⁊ tales ptes vltra quarū q̄libet est tertia pars respectu minoris quantitatis ex quibus simul sūptis non fit aliq̄ pars aliquota respectu minoris numeri vel q̄titatis đr ꝓportio dupla sugbipartiens tertias: qualis est proportio inter octo et tria: sexdecim et sex. Si vero maior quātitas bis minorem numerū cōtineat et tales tres partes vltra: ex quibus simul sūptis non fit aliqua pars aliquota respectu minoris quātitatis: quarum quelibet est quarta pars respectu minoris quātitatis: đr ꝓportio dupla supertripartiens quartas: vt inter vndecim et quattuor. xxij. et. viij. et sic in infinitum procedendo.

¶ Proportio minoris inequalitatis est habitudo mi

noris quātitatis ad maiorē: cuius tot sunt species quot sunt proportiones maioris inequalitatis: ⁊ eisdē vel oīno cōsimilibus appellētur noībus isto termino sub superaddito: vt subdupla / subtripla / subsexqualtera: subsexquitertia / subsuperparticularis / subsuperpartiens: ⁊ sic de omnibus aliis speciebus: quarū oīm diffinitiones cum exemplis prioribus satis innotescunt. Et ex istis est notandum ꝙ omnis ꝓportio inter duos terminos reperitur. ¶ Et scias etiam ꝙ quanta est vna quantitas ad aliam tanta est proportio illius ad illum. Et quanta est proportio vnius quantitatis ad aliam tanta est quantitas illius ad reliquam.

¶ Modo sequitur secunda pars huius capituli que de proportionalitate determinat.

¶ Proportio eñ est ordo nūerorꝫ: sed ꝓportionalitas est ordo proportionū. Et đr tribꝰ modis. s. Arithmetrica / geometrica / ⁊ armonica. ¶ Proportionalitas arithmetrica est q̄n sūt tres termini vel plures et equalis est excessus primi ad scđm: ⁊ scđi ad tertium: ⁊ sic de aliis: vt sex ad quinqꝫ. quinqꝫ ad quattuor. quattuor ad tria. tria ad duo. duo ad vnū. ¶ Proportionalitas geometrica est q̄n sunt tres termini vel plures et equalis est ꝓportio primi ad scđm / et scđi ad tertiū / et tertii ad q̄rtū / ⁊ sic de aliis. vt. xvi. ad. viij. viij. ad. iiij. iiij. ad. ij. ij. ad vnū. ¶ Proportionalitas

Armonica est q̄n tm̄ tres sūt termini: ⁊ equalis est ꝓportio inter primū ⁊ tertiū: sicut excessus iter p̄mū ⁊ s̄m se habet ad excessū scd̄i ad tertiū. vt v. iiij. tres. inter sex ⁊ tres est ꝓportio dupla. ⁊ inter duo q̄ sunt excessus inter primū et scd̄m. ⁊ vnū: q̄ est excessus inter s̄m ⁊ tertiū: est ꝓportio dupla. ꝗ eadē est ꝓportio primi ad tertium. qualis est inter differentiam primi ad scd̄m: et differentiam secundi ad tertium.

¶ **Differentia siue excessus vni⁹ q̄titatis ad aliā. est** illud per quod minor q̄titas excidit a maiori. ¶ Et iste ꝓportionalitates differūt abinuicē q: tā Arithmetrica q̄ Geometrica. i tribus terminis ad minus reperiuntur. ⁊ in quibuscūq̄ pluribus. Sed Armonica est tantum in tribus terminis. ¶ In alio etiā differūt q: vltima scʒ Armonica continua manet: sed primi scilicet Arithmetrica/ ⁊ Geometrica/ possunt esse continue: et etiam discontinue.

¶ **Proportionabilitas Arithmetrica ꝯtinua est equa**litas differētiarū p terminū ꝯmunē. vel per terminos cōmunes copulata. vt sicut se hʒ quattuor ad tria. Ita tria ad duo. ⁊ duo ad vnū. discōtinua est equalitas differentiarū p nullū terminū cōem: nec p aliq̄s terminos cōes copulata. vt sicut se hʒ sex ad quattuor ita tria ad vnū. vel sicut se habet quinq̄ ad quattuor: ita tria ad duo.

¶ **Proportionalitas Geometrica ꝯtinua est similitu**do ꝓportionū p vnū terminū cōem mediū vel p plures terminos cōes medios copulata p vnū terminū cōem. vt sicut se habet quattuor ad duo: ita duo ad vnū per plures terminoꝝ. vt sicut se hʒ octo ad quattuor: ita quattuor ad duo: ⁊ duo ad vnū. Discōtinua est similitudo ꝓportionū q̄ nullū terminū cōem nec per aliquos terminos cōes copulata: vt sicut se habet octo ad quattuor: ita duo ad vnum.

¶ **Proportionalitas ꝯtinua ⁊ discōtinua differūt iter** se. in hoc ꝙ cōtinua in tribus terminis ⁊ i q̄buscūq̄ pluribus reperit̄. Discōtinua vero inter quattuor ad minus: ⁊ in q̄buscūq̄ pluribus reperit̄. Aliter etiā differūt in hoc ꝙ in proportionalitate cōtinua oportet oēs terminos in genere cōuenire: sed in proportionalitate discōtinua possūt aliqui termini in genere diuersificare. vt sicut se habet chorda ad chordā: sic se habet sonus ad sonum. Et sicut se habet hoc corpus: ita se habet hec potentia ad hanc potentiam.

¶ **Proportionabilia sunt illa que in aliqua proportionalitate conueniunt. Et dicuntur tribus modis. Nā** aliq̄ sūt ꝓportionabilia ꝓportionalitate Arithmetrica. quedā ꝓportionalitate Geometrica. ⁊ quedā ꝓportionalitate Armonica. ¶ Proportionabilia ꝓportionalitate Arithmetrica sunt illa quoꝝ excessus vel differentie sunt equales. ¶ Proportionabilia ꝓportionalitate geometrica sūt illa. q̄ꝝ ꝓportiones sunt similes vel eq̄les. ¶ Proportionabilia ꝓportionalitate Armonica sūt illa quoꝝ extremoꝝ ⁊ differētiarū ꝓportiōes sūt siles vel equales. Et hec oīa cū suis exemplis patēt p predicta. Ex istis pʒ ꝙ trenari⁹ nūerus est paucissimus terminoꝝ in q̄b⁹ ꝓportionalitas reperitur. et nullus est maximus numerus in quo existit.

¶ **Proportionabilia proportionalitate geometrica di**cūtur duobus modis. s. ꝓportionabilia ꝯmutatim. ⁊ ecōtraria. ¶ Proportionabilia ꝯmutatim sūt illa. quoꝝ sicut se hʒ an̄s vni⁹ ꝓportionis ad an̄s alteri⁹. ita ꝯn̄s vnius ad ꝯn̄s alterius. verbi gr̄a. sicut se habet octo ad quattuor: ita duo ad vnū. Est enī eadē ꝓportio inter octo ⁊ quattuor: ⁊ duo ad vnū. et sicut se hʒ octo ad duo. ita quattuor ad vnū. ⁊ sic illi quattuor termini ꝯmutatim existūt ꝓportionabiles. ¶ Ecōtrario ꝓportionabilia ꝓportionalitate geometrica sūt illa q̄n sūt duo termini: et sicut se habet ꝯn̄s vnius ad suū propriū an̄s: sic ꝯn̄s alterius se habet ad suum an̄s. verbi gratia sicut octo ad quattuor se habent: ita duo ad vnum. Et econtra. sicut quattuor ad octo. ita vnum ad duo.

¶ Proportionalitas geometrica dicit quattuor modis. disiunctiua/coniuncta/euersa/et econtra. ¶ Proportionalitas geometrica disiunctiua est quorumlibet antiu ad sua 9ntia separatim proportionu equalitas: vt sicut se hz octo ad quattuor: ita duo ad vnu. ¶ Coniuncta proportionalitas geometrica est quorumlibet antiu cum suis 9ntibus ad proprius 9ns proportionu similitudo: vt sicut se hz octo et quatuor ad quattuor: ita duo & vnu ad vnu. Euersa propotionalitas geometrica est quorumlibet antium cum suis 9ntibus ad ipsum ans proportionu similitudo: vt sicut se habent octo et quattuor ad octo: et ita duo et vnum ad duo.

¶ Econtra proportionalitas geometrica est qn sunt duo ordines: & in vtroque ordine sunt tres termini: & sicut se habet primus terminus primi ordinis ad suu scdm: sic se habet primus terminus scdi ordinis ad suu scdm. Et sicut se habet scdus terminus pmi ordinis ad suu tertiu: ita se hz scdus terminus scdi ordinis ad suu tertiu. vt octo quattuor. duo quattuor. duo vnu. Et sicut dictu est de proportionalitate geometrica: ita dici potest de proportionalitate arithmetica ordinando numeros equaliter se habentes scdm excessum. Unde dici potest q proportionalitatu arithmeticaru/queda continua est/& queda discontinua: & item in queda disiuncta/quedam coniuncta quedam euersa/et quedam econtra.

¶ Jam superest tertia pars huius capituli quasdam suppositiones premittens. Quarum suppositionum prima est hec.

¶ Omnes propositiones sunt eedem equales: quarum denominationes sunt eede vel equales.

¶ Secunda suppositio est hec.

¶ Si sint tres termini tm: & primus est maior scdo: et scds maior tertio: proportio primi ad vltimu: componitur ex proportione primi ad scdm/& scdi ad tertiu. ¶ Tertia suppositio est hec/si sint tres termini vel plures: & primus est maior scdo/& scds maior tertio: & sic de alijs. Proportio primi ad vltimu: componitur ex proportione primi ad scdm/& scdi ad tertium: & sic de alijs. ¶ Quarta suppo est hec/si sint duo equalia 9parata ad aliqd tertiu eade vel consimilis est proportio inter vnu istoru & illud tertiu: sicut inter reliquu istoru ad illud tertiu. ¶ Quinta suppo est hec/si sint due quatitates inequales coparate ad aliquod tertiu: maior erit proportio maioris illaru ad illud tertiu: q minoris ad illud tertium. Et econtra maior erit proportio illius tertij ad maiorem: q proportio illius tertij ad minorem. ¶ Sexta suppositio est hec/quado aliquid componitur ex duobus equalibus illud compositum est duplum ad quodlibet illoru. Et si fuerit compositum ex tribus equalibus illud compositum est triplu ad quodlibet illorum. ¶ Septima suppositio et vltima est hec: quando aliquid componitur ex duobus inequalibus illud compositum erit plus q duplum ad minus: & minus q duplum ad maius. Exemplu tripedale componitur ex pedali & bipedale: et illud est plus q duplum ad bipedale. Quinque suppositiones sunt probate quinto euclidis per phm: et due vltime patent per rationem.

¶ Prima conclusio probada ex istis suppositionibus est hec. si sint termini proportionabiles proportionalitate geometrica: et si primus sit maior secudo/et secudus maior tertio: tuc proportio primi ad terminu: est dupla ad proportionem primi ad secudi/et secundum ad tertium. hoc probatur sic: & capio istos tres terminos. octo/quattuor/& duo. Tuc arguitur sic. Inter octo & quattuor est proportio dupla/& inter quattuor & duo est proportio dupla. ergo iste propositiones sunt similes vel equales. cosequentia patet per primam suppositione. scz oes proportiones sunt similes. &c. Tuc arguitur per secundam suppositionem quando sunt tres termini tantu: & primus est maior secundo/et scds maior tertio.

Tunc proportio primi ad vltimum componitur ex illis: sed hic sunt tales tres terminí: ergo proportio primi ad vltimum componitur ex illis: sed iste proportiões sunt equales. ergo componitur ex duobus equalibus: et per consequens proportio primi ad vltimum est dupla ad quodlibet illorum: consequentia patet per sex suppositiones: et si fuerint quattuor termini consimiliter esset sic deinceps.

¶ Secũda conclusio probanda est hec. si fuerint quattuor termini ꝓportionabiles ꝓportionalitate geometrica: ꝓportio primi ad vltimũ erit tripla ad ꝓportionẽ ꝑmi ad s̄m/et s̄cdi ad tertiũ. ⁊ tertij ad quartũ. hoc ꝓbat̄ sic: ⁊ capio istos quattuor terminos. octo/quattuor/duo/vnũ. Tũc arguitur sic. Ubi sunt quattuor termini: quorum primus est maior s̄cdo/s̄cds maior tertio. ⁊ sic de alijs. q̄ ꝓportio primi ad vltimũ cõponitur ex istis. ꝯña ptz per tertiã suppositionẽ. Sed equalis est ꝓportio primi ad s̄m: et s̄cdi ad tertiũ: et sic de alijs. ergo proportio primi ad vltimũ componitur ex tribus equalibus. ergo est tripla ad quodlibet illorum. consequẽtia tenet per sextam suppositionem. Et si sint quinqꝫ termini proportio primi ad vltimũ erit quadrupla. Si sint sex termini ꝓportio primi ad vltimũ erit quintupla ad quodlibet illorum. Et sic in infinitum.

¶ Tertia ꝯclusio est hec. Si sint tres termini: ⁊ si primus fuerit maior q̄ duplus s̄cdi/et s̄cdus equaliter duplus tertij. ꝓportio ꝑmi ad vltimũ est minor q̄ dupla ad ꝓportionẽ ꝑmi ad s̄m. Et maior q̄ dupla respectu secundi ad tertiũ. hoc probatur sic. et capio istos tres terminos. sex/duo/et vnum.

¶ Tũc arguitur per secundã suppositionem. Si sint tres termini. ⁊c. sed hic sũt tales. ergo ꝓportio primi ad vltimum componitur ex illis. Sed maior proportio primi ad vltimũ componitur ex illis: sed maior est proportio primi ad secundũ: q̄ secũdi ad tertiũ. ergo proportio primi ad vltimũ componitur ex ꝓportionibus inequalibus. ergo est plus q̄ dupla ad minus: et minus q̄ dupla ad maius. consequentia patet per septimam suppositionem. Sed maior est proportio primi ad secundũ: q̄ secũdi ad tertium. ergo proportio primi ad vltimum est minor q̄ dupla ad proportionem primi ad secundũ et maior q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium. sed proportio primi ad vltimũ est sextupla: et proportio primi ad secundum est tripla: et secundi ad tertium est dupla. ergo proportio sextupla est minor q̄ dupla ad proportionem triplam. Et maior q̄ dupla ad proportionem duplam.

¶ Quarta conclusio est hec. Si sint tres termini ⁊ si primus fuerit equaliter duplus secundi/et secundus maior q̄ duplus tertij: proportio primi ad vltimũ est maior q̄ dupla ad proportionem primi ad secundum: et minor q̄ dupla ad proportionem secũdi ad tertium. hoc probatur sic. Et capio istos tres terminos. sex/tria/et vnum.

¶ Tunc arguitur sic per secundam suppositionẽ. Si sint tres termini. ⁊c. Sed hic sunt tales tres termini. q̄ proportio primi ad vltimũ cõponitur ex illis: sed maior est proportio inter s̄m et tertium: q̄ inter primũ ⁊ s̄m. ergo ꝓportio primi ad vltimũ cõponitur ex duobus inequalibus. ergo est plus q̄ dupla ad minus: ⁊ minus q̄ dupla ad maius. Sed maior est proportio s̄cdi ad tertiũ: q̄ primi ad s̄m. q̄ proportio primi ad vltimũ est maior q̄ dupla primi ad s̄m: et minor q̄ dupla ad ꝓportionẽ secundi ad tertium. Sed proportio primi ad vltimum est sextupla: et proportio primi ad secũdum est dupla: ⁊ proportio secũdi ad tertium est tripla. ergo proportio sextupla est minor q̄ dupla ad proportionẽ triplam. et maior q̄ dupla ad proportionem duplam. ergo. ⁊c.

¶ Quinta conclusio est hec. Si fuerint tres termini: quorum primus est minor q̄ duplus secundi: et secundus equaliter duplus tertij: ꝓportio primi ad vltimũ est maior q̄ dupla ad ꝓportionẽ primi ad secũdum: ⁊ mi-

nor q̄ dupla ad proportionē secundi ad tertiū: hoc probatur sic. ⁊ capio istos tres terminos sex/quattuor/⁊ duo. Tūc arguitur per secundam suppositionem. Si sint tres termini. ⁊c. Sed hic sunt tales tres termini. ergo proportio primi ad vltimū cōponitur ex illis. sed iste proportiones sunt inequales. ergo ꝓportio p̄mi ad vltimū cōponitur ex duobus inequalibus: ergo est plus q̄ dupla ad minꝰ: et minus q̄ dupla ad maius: sed maior est proportio secundi ad tertium: q̄ primi ad fm. ergo proportio primi ad vltimum est maior q̄ dupla ad proportionem primi ad fm: ⁊ minus q̄ dupla ad proportionem secundi ad tertium: et sic tripla est maior q̄ dupla ad sexquialteram: et minor q̄ dupla ad proportionem duplam.

¶ Sexta conclusio est hec. Si fuerint tres termini: ⁊ primus fuerit eq̄liter duplus scdi: et scdus minus q̄ duplus tertij: ꝓportio p̄mi ad vltimū est minor q̄ dupla ad ꝓportionē p̄mi ad fm: ⁊ maior q̄ dupla ad ꝓportionē scdi ad tertiū: hoc ꝓbatur sic: et capio istos tres terminos. octo/quattuor/tria.

¶ Tunc arguitur per secundam suppositionem. Si fuerint tres termini. ⁊c. Sed hic sūt tales tres termini. ergo ꝓportio p̄mi ad vltimū cōponitur ex illis: sed iste ꝓportiones sunt inequales. ergo ꝓportio primi ad vltimum cōponitur ex inequalibus. ergo est plus q̄ dupla ad minus: et minꝰ q̄ dupla ad maius sed maior est proportio p̄mi ad fm: q̄ secūdi ad tertiū. ergo ꝓportio primi ad vltimū est minor q̄ dupla ad proportionem primi ad fm: et maior q̄ dupla ad ꝓportionem scdi ad tertium: sed ꝓportio primi ad vltimum est dupla superbipartiēs tertias: et proportio primi ad secūdum est dupla: et proportio scdi ad tertium est sexquitertia. ergo proportio dupla superbipartiens tertias est maior q̄ dupla ad proportionem sexquitertiam: et minor q̄ dupla ad proportionem duplam.

¶ Septima cōclusio est hec. proportione equalitatis nulla est maior neq̄ minor: quia oēs ꝓportiones equalitatis sūt eedē vel eq̄l. ergo nulla illarum est maior neq̄ minor alia. Nec ꝓportio inequalitatis est maior ꝓportiōe equalitatis: quia nec ꝓportio maioris inequalitatis: nec ꝓportio minoris inequalitatis est maior ꝓportione eq̄litatis. Sed oīs ꝓportio aut est equalitatis aut inequalitatis: aut est ꝓportio maioris ineq̄litatis aut minoris ineq̄litatis. ergo ꝯclo vera

¶ Proportio inequalitatis nō est maior ꝓportiōe equalitatis: quia si sic. ergo ꝓportio eq̄litatis pōt augmētari quousq̄ fuerit eq̄lis illi: ꝯn̄s ē falsū: quia q̄ncūq̄ erit: erit ꝓportio equalitatis: et p ꝯn̄s nūq̄ erit maior neq̄ minor q̄ iā est. Similiter si ꝓportio maioris ineq̄litatis sit minor ꝓportione eq̄litatis. ergo ꝓportio eq̄litatis pōt diminui quousq̄ fuerit equalis illi: ꝯn̄s est falsū. ergo ⁊ an̄s. Consilr est arguendum de proportione minoris inequalitatis et de ꝓportione equalitatis.

¶ Iam probatur q̄ proportio maioris inequalitatis nō sit maior ꝓportione equalitatis nec minor. Quia si sit maior: sit ergo ꝓportio quattuor ad vnū dupla ad ꝓportionē duorū ad duo. Tunc arguitur sic. ꝓportio quattuor ad vnū est dupla ad ꝓportionē duorū ad duo. ergo ꝓportio duorū ad duo est subdupla ad eandē: ⁊ ꝓportio duorū ad vnū est subdupla ad eandē. ergo iste proportiones sunt equales scz duorū ad duo/⁊ duorū ad vnū. ꝯn̄a patz per primā suppositionem. ⁊ tunc arguitur sic. Iste proportiones duorū ad duo/⁊ duorū ad vnū: sunt equales ⁊ an̄tia sunt equalia: ⁊ an̄tia sūt se habent in equali ꝓportione ad sua ꝯn̄a. ergo sua ꝯn̄a sunt equalia: ⁊ p ꝯn̄s duo et vnū sunt equalia: sed hoc est impossibile. ergo illud ex quo seq̄tur. Iā ꝓbatur ecōtra. q̄ ꝓportio equalitatis nō sit maior ꝓportione maioris inequalitatis. quia si sit sic. ergo ꝓportio q̄ttuor ad quattuor dupla proportionē duorū ad vnū. Tūc arguitur sic. ꝓportio ad quattuor ad quattuor: est dupla ad ꝓportionem duorū ad vnū: sed ꝓportio quattuor ad vnū est dupla ad eandem. ergo iste proportiones. iiij. ad. iiij. et quattuor ad vnū: sūt equales: ⁊ an̄tia sunt equalia: et etiā an̄tia se habent in equali proportione ad sua ꝯn̄a. ergo sua ꝯn̄a sunt equalia. ergo. iiij. ⁊ viij sunt equalia: quod est impossibile. ergo illud ex quo sequitur. ⁊c.

¶ Jam pbatur q̃ pportio minoris inequalitatis nō sit maior pportiōe equalitatis. nec minor. Et pbo q̃ nō sit maior. Q2 si sit ponat q̃ pportio vni⁹ ad duo sit dupla ad pportionē vnius ad vnū ¶ Tūc arguit sic. proportio vnius ad duo est dupla ad pportionē vnius ad vnū: ḡ pportio vni⁹ ad vnū est subdupla ad eā. Et pportio vnius ad quattuor est dupla ad eandē. ḡ iste pportiones vni⁹ ad duo ⁊ vnius ad vnū sūt equales: ⁊ ācedentia sūt equalia ⁊ ācedētia se habēt inequali pportiōe ad sua ɔ̄ña. ḡ ɔ̄ña sūt equalia. ḡ duo ⁊ vnū sūt eq̄lia ɔ̄sequēs est impossibile. ḡ illud ex quo sequit. ¶ Jā pbat pportio equalitatis nō sit maior pportione minoris inequalitatis. Et arguit sic. ⁊ ponat q̃ pportio vni⁹ ad vnū sit dupla ad pportionē vni⁹ ad .iiij. Et tūc arguit sic. pportio vni⁹ ad vnū est dupla ad pportionē vni⁹ ad .iiij. ⁊ pportio vni⁹ ad duo est dupla ad eā. ḡ iste pportiones sūt equales s. vnius ad vnū ⁊ vnius ad duo. ɔ̄ña ptz vt pri⁹ et ātia sūt equalia: ⁊ sic se hñt inequali pportione ad sua ɔ̄ña. ḡ sua ɔ̄ña sūt eq̄lia: ḡ et duo sunt equalia q̃ est īpossibile. ḡ ɔclusio vera p ol et⁹ pte. ¶ Sed ɔtra istā ɔclusionē arguit sic ⁊ capiant isti tres termini octo. iiij. octo. Tūc arguit p scdaʒ supponē pportio primi ad vltimū ɔponit ex pportiōe primi ad scdm: ⁊ scdi ad tertiū. sed oē cōpositū quacūq; pte cōponēte ipsū est maius. ḡ pportio p̄mi ad vltimū est maior q̃ pportio p̄mi ad scdm: vel scdi ad tertiū. Tenet pportio p̄mi ad vltimū est pportio equalitatis ⁊ pportio primi ad scdm est pportio maioris inequalitatis. ⁊ pportio scdi ad tertiū est pportio minoris inequalitatis. ḡ pportio equalitatis est maior pportione maioris ineq̄litatis ⁊ pportiōe minoris inequalitatis. ¶ Pro isto dicat q̃ scda suppō itelligit put illa scribit hoc est si p̄mus termin⁹ sit maior scdo: ⁊ scds maior tertio: ʒ sic sic nō est i pposito. Adhuc ɔtra eandē ɔclusionē arguit sic. et capio istos tres termios: sex. iiij. ⁊ iiij. tūc arguit p quintā supponē maior est pportio iter sex ⁊ iiij. q̃ iter. iiij. ⁊ iiij. ʒ pportio iter sex ⁊ iiij. est pportio maioris inequalitatis. et pportio. iiij. ad iiij. est pportio eq̄litatis. ḡ pportio maioris inequalitatis est maior pportione equalitatis. Pro isto dicatur q̃ quita suppō intelligit de duob⁹ inequalib⁹ cōparatis ad aliqḋ tertiū in eodē ḡne pportionis. sed sic nō est in proposito. ḡ ⁊c. ¶ Aliter ɔtra eādē ɔclusionē arguit sic. et capio istos tres termios. sex. sex. sex. Tūc arguit p p̄mā supponē adiūcta scda suppōe. pportio primi ad vltimū est dupla ad quālibet illaꝝ. ergo vna pportio equalitatis est maior alia. ¶ Pro isto dicatur q̃ prima suppositio intelligitur vbi est proportio maioris inequalitatis primi ad scdm: et secundi ad tertium. et intellectus secundi suppositionis patet per predicta: hoc est si sint tres termini: et primus est maior secundo: et secundus maior tertio: sed sic non est de istis: sex. sex. sex. et ideo cessat obiectio.

¶ Octaua conclusio est ita. Nulla proportio maioris inequalitatis aliqua pportione minoris inequalitatis est maior vel minor. istam sicut primā per impossibile demōstrabis: ⁊ deduces ad hoc impossibile q̃ aliqua propositio maioris inequalitatis ⁊ aliqua proportio minoris inequalitatis sunt equales: ⁊ p ɔ̄ñs maius aliquo et minus adequantur: quod est impossibile. ⁊c.

¶ Quomodo autem motus cōsequitur propositionē quinq; fuerūt opiniones: quaꝝ quattuor sunt improbate ⁊ destructe et quinta vera remanet. ⁊ est illa q̃ motus cōsequitur pportionē geometricā. Sentētia hui⁹ opinionis est hec. si sint due potētie diuerse ⁊ due resistentie diuerse: ⁊ maior est pportio inter primā potentiā ⁊ suā resistentiā: q̃ inter scdm ⁊ suā resistentiā: tūc veloci⁹ mouebit prima potētia cū sua resistentia: q̃ secunda potentia cum sua resistentia. sicut enim vna proportio est alia maior. ita velocitas est alia maior.

¶ Exemplum. Sit A vna potentia vt octo B. sua resistētia vt duo sit C vna alia potētia vt q̄tuor. D sua resistentia vt duo. Moueat A cū B. ⁊ C cū D. tūc per istā opinionē in duplo velocius mouebit A cum B. q̃ C cū D. quia in duplo maior est pportio inter A. ⁊ B. q̃ inter C. ⁊ D. Ista opinio ptet per Aristo. septimo phisicoꝝ. vbi dicit q̃ velocitas motus sequitur proportio

uū geometricā. q̄ in quāto ꝓportio fuerit maior in tāto erit motus velocior. ⁊ in quā-
to ꝓportio est minor: in tāto motus est tardior per Aristo. et Cōmentatorē septio
phisicoꝝ. vbi dicit ex duplatione ꝓportionis potentie motoris ad motū sequitur
velocitatis duplatio in motu. hoc est si proportio motoris potentie ad motum sit
dupla eiusdē proportionis velocitas erit dupla ad aliam velocitatē. sic. ergo pa-
tet q̄ proportio velocitatis in motu sequitur proportionem geometricam.

¶ Iuxta istam conclusionem sunt sex cōclusiones cō-
cedende quarum prima est hec. Si sint aliqua potentia se habēs in ꝓportione du-
pla ad suam resistentiam: duplata potentia stante resistentia duplabitur ⁊ motus.
hoc probatur sic. ⁊ sit A. vna potentia vt octo: ⁊ B sit vna alia potentia vt quatu-
or et C. vna resistentia vt duo.

¶ Tunc arguitur per secundam suppositionem. Si
sint tres termini fueritq̄ proportio maioris inequalitatis primi ad scdm et secū-
di ad tertium. ⁊c. sed hic sunt tales tres termini ⁊ equalis est proportio primi ad
secundū et secundi ad tertium. ergo proportio primi ad vltimū est dupla ad quāli-
bet illarum et motus sequitur proportionem. ergo in duplo velocius mouebitur
A cum C. q̄ B cum C. Sed si B dupleretur tanta velocitate mouebitur B cum C
sicut A nunc mouebitur cum C. ergo conclusio vera.

¶ Secunda conclusio est hec. Si aliqua potētia se ha-
bet in ꝓportione dupla ad suam resistentiā in duplo velocius sufficit illa potētia
mouere cū mediate illi⁹ resistētie: q̄ cū tota resistētia. hoc ꝓbat̄ sic. ⁊ sit A vna po-
tētia vt octo. ⁊ B sua resistētia vt q̄tuor ⁊ C. alia resistētia vt duo. ¶ Tūc arguit̄
per ꝓmā cōclusionē. Si sint tres termini fueritq̄ ꝓportio maioris inequalitatis pri-
mi ad scdm: ⁊ scdi ad tertiū. ⁊c. Sed hic sūt tales termini: et equalis est ꝓportio pri-
mi ad secundum: ⁊ secundi ad tertiū. ergo proportio primi ad vltimū est dupla ad
quamlibet illarum motus sequitur proportionem. ergo in duplo velocius sufficit
A mouere cum C. q̄ cum B. et si medietas est B. ergo conclusio vera.

¶ Tertia conclusio est hec. si fuerit aliqua potentia se
habens in maiori proportione q̄ dupla ad suā resistentiā: duplata potentia stāte
resistentia nō duplabitur motus. hoc probatur sic. Sit A vna potentia vt sex. ⁊ B
sua resistētia vt duo. ⁊ C. alia potētia vt duodecim. Tūc arguit̄ per quartā cōclu-
sionē si sint tres termini: ⁊ si fuerit primū equaliter duplū secūdi: fueritq̄ scdm ma-
gis q̄ duplū tertij. ⁊c. Sed sic est hic. ergo ꝓportio primi ad vltimum est minor q̄
dupla ad ꝓportionē secūdi ad tertiū: sed motus sequitur ꝓportionē. ergo in duplo
velocius mouebitur. C. cum B. q̄ A cum B. sed si A dupletur. tūc tanta velocitate
sufficeret A mouere cum B. sicut sufficit C. cum B. ergo conclusio vera.

¶ Quarta conclusio est hec. Si fuerit vna potētia se
habens in maiori proportione quam dupla ad suam resistentiam: in duplo velo-
cius sufficit illa potentia mouere cum mediate illius resistentie: q̄ cum tota resi-
stētia. hoc ꝓbo sic. Sit A vna potētia. vt sex. B sua resistentia. vt duo. ⁊ C. alia re-
sistentia. vt vnū. Tunc arguitur per tertiam conclusionem. si sint tres termini/ ⁊ si
primus fuerit maior q̄ duplus secūdi/ ⁊ secūdus equaliter duplus tertij. ⁊c. sed sic
est hic. ergo ꝓportio prima ad vltimum est minor q̄ dupla ad proportionem pri-
mi ad scdm/ sed motus sequitur proportionem. ergo in duplo velocius sufficit A
mouere cum C q̄ cum B. et C. est medietas B. ergo conclusio vera.

¶ Quinta conclusio est hec. Si sit vna potentia se ha-
bens in minori proportione q̄ dupla ad suā resistentiā duplata potentia stante
resistentia mouebitur plus q̄ in duplo velocius. hoc probatur sic. Sit A vna poten-
tia. vt sex B sua resistentia. vt quattuor. ⁊ C. alia potentia. vt duodecim. Tunc ar-
guitur per sextam conclusionem. Si primus fuerit equalitatis duplus secūdi/ fue-

rit q secundus minus q̃ duplus tertij. Proportio primi ad vltimū erit maior q̃ dupla secundi ad tertium: sed sic est in ꝓposito. ergo proportio primi ad vltimum erit maior q̃ dupla secundi ad tertium. et minor q̃ dupla primi ad secundum: sed motus sequitur ꝓportionem. ergo plus q̃ in duplo velocius mouebitur C cū B. q̃ A cum B. sed si a dupletur: tunc tanta velocitate sufficeret A mouere cum B sicut C nunc sufficit mouere cum B. ergo conclusio vera.

¶ Sexta conclusio est hec. Si aliqua potentia se habeat in minori proportione q̃ dupla ad suam resistentiam plus q̃ in duplo velocius sufficit illa potentia mouere cū medietate illius resistentie q̃ cum tota resistētia hoc ꝓbatur sic. sit A vna potentia vt sex. B sua resistentia vt quattuor. et C alia resistentia vt duo. Tunc arguitur per quintam conclusionem: si fuerit primus minus q̃ duplus secundi: fueritq; secundus equaliter duplus tertij: sed sic est hic. ergo proportio primi ad vltimū est maior q̃ dupla ad proportionem primi ad secūdū: sed motus sequitur proportionem. ergo plus q̃ in duplo velocius sufficit A mouere cū C. q̃ cum B et C et C. est medietas B. ergo conclusio vera.

¶ Contra istam opinionem arguitur sic. quia ex ista opinione videntur sequi aliqua inconuenientia. videlicet q ex proportionibus equalibus proueniunt motus inequales.

¶ Et primo arguit sic. pono q A sit terra pura: cuius potentia sit vt octo. et B. alia terra pura: cuius potentia sit vt quattuor et pono q C. et D sūt due aeres vniformes proportionabiles resistentes A et B. et sit resistētia C. vt duo: et resistentia D vt vnū. et transeat A cū C. et B cum D. et sit C pedalis q̄titatis. et D semipedalis q̄titatis. Tunc quero nūquid in equali tꝑe pertransibit A. C. sicut B. D. vel non. q sic patet. qz in equali proportione se habet A. ad C. sicut B. et D. ergo in equali tꝑe pertransibit A. C. sicut B. D. ꝯña patet. quia motus sequitur proportionē. et tamen plus pertransibit A q̃ B. et A proportionibus equalibus mouebūtur. et sic sequitur primū incōueniens. Item si ponatur corpus pyramedale et corpus planum eiusdem proportionis in grauitate: prius tamen descēdet corpus pyramedale q̃ corpus planum. ergo ibi erunt motus inequales.

¶ Ad istud respōdeatur q in tempore quo B pertrāsibit D pertrāsibit ad medietatē C. Et tunc ad argumentum A se habet in equali proportione ad C. sicut B. ad D. ergo in equali tempore sufficit A pertransire C sicut B D. Negetur consequētia: quia aliqua se habere ad suas resistentias in equali proportione est duplex. Aut qualitatiue: aut quantitatiue. Primo modo est verū q A se habet in equali proportione super suum medium sicut B. super suū mediū. Sed secundo modo hoc falsum. scilicet q A se habet in equali proportione q̄titatiue ad suum. sicut B. ad suum medium: hoc est ad pertranseundum: quia in duplo plus pertransibit de spacio q̃ B. ideo non sequitur q A in equali tempore pertrāsibit C. sicut D. Ad secundam obiectionem dicendum est q licet illa duo corpora sint eiusdem proportionis qualitatiue non tamen quantitatiue: quia illud corpus sphericum citius diuidit aerem q̃ corpus planum.

¶ Et sic finiuntur ꝓportiones.

¶ Sequuntur diuisiones ꝓpositionum.

Quattuor sunt diuisiones propositionum: quarum prima est hec. Aliqua propositio significat principaliter sicut est. Aliqua ꝑncipaliter aliter q̃ est. Et aliqua ꝓpositio non significat ꝑncipaliter sicut est: nec principaliter aliter q̃ est propositio significans principaliter sicut est: est ꝓpositio significans principaliter verum. vt deus est. vel tu sedes. si ita sit q tu sedes. et sic de aliis. Propositio significans ꝑncipaliter aliter

ꝗ est: est propositio significãs primarie falsum. vt homo est asinus. vel in nõ sedēdo ꝙ sedeas. Propositio nõ principaliter significans sicut est nec aliter ꝗ est: est propositio significans aliqualiter esse sicut est. ⁊ sic significando est pertinens ad inferēdam seipsam non significare principaliter sicut est: nec aliter ꝗ est. vt hec propositio: scilicet hec ꝓpositio non significat sicut est: eadem demõstrata: que significat ꝙ illa eadem non significat principaliter sicut est: et hec similiter. Omnis propositio significat aliter ꝗ est. et sic de similibus.

¶ Pro isto sciendum est ꝙ omnis propositio pertinēs ad inferendã seipsã non sigĩre principaliter sicut est: nec principaliter aliter ꝗ est: est talis ꝓpositio ex qua per se posita cũ totaliter sic esse significat sicut est: sequi᷑ vel nata est sequi ipsam nõ principaliter significare sicut est. ¶ Exemplum significet hec ꝓpositio scꝫ hec ꝓpositio significat aliter ꝗ est: ꝙ hec ꝓpositio significat aliter ꝗ est: eadem demonstrata: tunc sequitur hec ꝓpositio significat aliter ꝗ est. et hec significat sicut est. ergo non significat principaliter aliter ꝗ est. ⁊ ita ex ista eadem cum totaliter sic esse significat sicut est sequitur ꝙ ista non significat principaliter sicut est: nec principaliter aliter ꝗ est. et sic de alijs est dicendum.

¶ Secunda diuisio est hec. ꝙ aliqua propositio falsificat seipsam: ⁊ aliqua non. Propositio falsificans se est duplex: scilicet mediate et immediate. Propositio falsificans se mediate: est ꝓpositio significans sicut est: vel aliter ꝗ est: que falsificat aliam propositionem a se falsificantem se.

¶ Exemplum pono ꝙ A sit vna propositio significãs principaliter ꝙ B. est falsũ. ⁊ sit B vna propositio significans principaliter ꝙ A. est falsum: et sit tantum vnum A. ⁊ vnum B. isto casu posito non potest poni ꝙ vtrũqꝫ istorum est verum. sed alterum istorum est falsum: et non potest assignare causam quare A est falsum magis ꝗ B. nec econtra. ergo isto posito oportet poni vtrumqꝫ istorum esse falsum. et sic ex A sequitur B. esse falsum et econtra. et ita A falsificat B. immediate/ et seipsam mediate.

¶ Propositio falsificans se immediate est propositio significans sicut est vel aliter ꝗ est. ⁊ est pertinens ad inferendã seipsã fore falsam Et ista est duplex. quedam est pertinens sufficiens: ⁊ quedam est pertinēs insufficiens. Et ista est duplex. quedã est pertinens sufficiēs: ⁊ quedã est pertinēs insufficiens. ¶ Pertinens sufficiēs est ꝓpositio significãs sicut est: vel aliter ꝗ est: ex qua sic significando immediate sequitur: vel natum est sequi seipsam fore falsam.

¶ Exemplum significet hec propositio. hoc est falsum ꝙ hoc est falsũ: eadem demõstrata: tunc sequitur immediate hoc est falsum. ergo hoc est falsũ. ⁊ sic ista est pertinēs sufficiēs ad inferendã seipsam fore falsã solum.

¶ Pertinēs insufficiēs est duplex. quedam est pertinens ad inferendam seipsam fore falsam solum: ⁊ quedã pertinēs ad inferendam seipsam. ⁊ similiter aliam fore falsam. ¶ Pertinēs insufficiēs primo modo est propositio significans sicut est ex qua significando cum totaliter sic esse significat sicut est ex parte rei: sequitur vel natum est sequi ipsam fore falsam sed ex hoc sicut illa significat: sine alia non sequitur.

¶ Exemplum ponatur ꝙ sit solum vnius sortes. ⁊ ꝙ ille dicat solum hanc ꝓpositionē sortes dicit falsũ: ⁊ ꝙ illa sigĩt principaliter ꝙ sortes dicit falsũ. tũc sequitur sortes dicit falsum: ⁊ solũ dicit istã ꝓpõnem. ergo ista ꝓpõ est falsa. ¶ Pertinens insufficiens secundo modo est propositio pertinens ad inferendam seipsam fore falsam: et aliam similiter.

¶ Exemplum ponatur ꝙ ista propositio omnis propositio est falsa. significet ꝑncipaliter ꝙ ois ꝓpõ est falsa. ⁊ ꝙ sint multe false ꝓpões

sūt ex casu eā totaliter sic esse sigt sicut est: sequitur ipsam esse falsā: et aliā a se sūt et ideo est pertinēs insufficiēs ad inferendū seipsam fore falsam: et aliā similiter.

¶ Assumptū sic pbatur. Omnis ppō est falsa/ ipsam met esse ppō. ipsamet est falsa: et sic sequitur ipsam fore falsam: et sequitur etiā ois ppō est falsa: alia ab illa est ppō. ppō alia ab illa est falsa: et sic sequitur aliā ab illa fore falsā. Propō nō falsificās se: est ppō hūs oditiones ppōnū falsificantiū se cōditionibus ɔtrarias sicut sūt oēs propōnes vere: et multe false: sicut de tali. s. homo est asinus principaliter signās φ homo est asinus: et vniuersaliter de quacūqз propōne impossibili. Cōtra istas diuisiones posterius absicit: et ideo pertransibo.

¶ Tertia diuisio est hec/ oē insolubile pueniēs ex proprietate vocis/ aut ex actu nostro/ aut ex mixtione act' nri cū pprietate vocis. Proprietas vocū sūt iste: esse veru/ esse falsū/ esse necessariū/ esse impossibile: et similia. Actus nri sūt duplices. s. exteriores et interiores. Exemplū primi: vt scribere/ audire: et hmōi. Exemplū scdi: vt scire/ quiescere/ cognoscere/ et intendere: et hmōi. Insolubile prouenienes ex mixtione actus nostri cū proprietate vocis est tale: vt posito φ sortes dicat hanc propositionem: sortes dicit falsum. rc̄.

¶ Quarta diuisio est hec. Propositionum alia significat complexe naturaliter/ et alia complexe artificialiter vel accidentaliter.

¶ Primo modo sigt propositio in anima: si aliquid vel aliqua sit ibi.

¶ Secundo modo dupliciter. Nam quedam significat accidētaliter ex impositione vel ex impositionibus: et quedā nō. ¶ Propositio signās accidētaliter ex īpositione est talis. vt si hec ppō (deus est) imponatur ab vno ad signādū pncipaliter φ deus est: et ab alio ad significādum φ homo est asinus: et vtroqз modo simul sigt. ¶ Propositio signās artificialiter vel accidentaliter non ex impositione est talis: vt illa propō (homo est asinus) imponatur ad signandum principaliter φ deus est: et aliquis ɔcipiat istā aliter ꝙ fuit imposita ad signādū: vt si forte φ homo est asinus. tunc artificialiter vel accidentaliter sic sigt: et non ex impositione nec ex impositionibus: propō signās accidentaliter ex impositionibus est: vt hec propositio (deus est) imponatur ab vno ad significandum φ deus est.

¶ Modo sequuntur diffinitiones/ seu descriptiones propositionum/ quarum prima est hec.

¶ Propō est orō indicatiua ɔgrua et pfecta naturaliter vel accidētaliter: ex impositione vel ex impositionibus qua vel quibus vltimo fuit imposita ad signādū complexe significatiue: hoc patet discurrendo per singulas propositiones.

¶ Secunda diffinitio est hec. Propositio vera est propositio non falsificās se principaliter sicut est significatiua: aut ex impositione vel impositionibus qua vel quibus vltima fuit imposita ad significandum.

¶ Tertia diffinitio est hec: ppō falsa est orō falsificās se vel non falsificans se principaliter aliter ꝙ est significatiua: ex impositione vel ex impositionibus qua vel quibus vltime fuit imposita ad significandum.

¶ Quarta diffinitio et vltima est hec. Insolubile est propositio significans sicut est vel aliter ꝙ est pertinens ad inferendam seipsam fore falsam: vel verum sicut prius.

¶ Sequuntur suppositiones quarum prima est hec.

¶ Omnis propositio pertinens ad inferendam seipsam fore falsam est propositio falsificās se: vt ptз ex intētione philosophi. iiij. metaphisice. vbi dt quasdā orōnes

seipsas destruere sed planū est q ipse aliter nō intendit per orationē destruentē se nisi orationē pertinentē ad inferendā seipsā falsam. qd significatur per illud terminū falsificans se. Et melius sonat in latina lingua nominare talem orationē falsificantē se. q̄ destruentē se. quia oratio nec est destructiua suiipsius. nec alterius a se. Tamen in lingua greca melius sonat talem orationem destruentem se: q̄ falsificantē se: et iō translator vtit̄ tali termīo destruēs se: vbi nos falsificās se vtimur.]

¶ **Secunda suppositio est hec. Omnis propositio falsificans** se est falsa: hoc probatur sic. Quelibet propositio falsificans se significat sicut est vel aliter q̄ est. Si aliter q̄ est. ergo falsa. consequētia patet per descriptionem tertiam. si significaret sicut est. ergo ex ista cū totaliter significat sic esse sicut est. sequitur q ista est falsa.

¶ **Tertia suppositio est hec propositio verificās se est** propositio pertinens ad inferendam seipsam fore veram. hoc patet per probationem primi suppositionis. Nam sicut propositio pertinens ad inferendam seipsā dicitur propositio falsificans se: propositio pertinens ad inferendam seipsam fore veram dicitur propositio verificans se.

¶ **Quarta suppositio est hec. nō omnis propositio verificans** se est vera. hoc probatur sic. et pono vobis illum casum q sint multe propositiones vere. et multe false. Et q illa propositio (omnis propositio est vera) significet principaliter q omnis propositio est vera. Tūc notum est q illa propositio est falsa per diffinitionem tertiam. eo q significat principaliter aliter q̄ est: et q illa verificat se patet. Nam ipsa est impertinēs ad inferēdam seipsam fore vera. Nā sequitur omnis propositio est vera. ipsa est propositio. ergo est vera.

¶ **Quinta suppositio est hec. Nulla propositio sue** partes. hoc probatur sic per Aristotelem. vij. metha. versus finem vbi dicit q ista syllaba ba non est iste littere. B et A eo q iste littere possunt esse: quando nō erit ista syllaba ba. et ideo iste littere non sunt ista syllaba ba. et consimili ratione probatur q propositio non est sue partes.

¶ **Sexta suppositio est hec. q nulla propositio vera** est propositio falsa: nec econtra hoc patet de se. etc.

¶ **Septima suppositio est hec: q qualitercūq concipi**ens concipit per ꝓpositionē ita sibi sigt: et hoc ptz per descriptionē huius termini sigre qr sigre nichil aliud est q̄ mentis conceptū representare: sed qualitercūq cōcipiens concipit per propositionem: ita illa in conceptu suo sibi representat.

¶ **Octaua suppositio est hec. q propositio in voce vel** in scripto nō ꝓpter taliter esse q̄liter ꝯcipiēs cōcipit p illā dr vera vel falsa: sed propter tale esse: quale ex īpositione vel ex īpositionibus sigt est vera vel falsa. hoc ptz. Nā si ꝓpō in voce vel ī scripto foret vera vel falsa. ꝓpter hoc q aliqs ꝯcipit sic esse vel aliter esse per illā. Tūc purus latinus sciret plures ꝓpōnes grecas: q̄ sciret pfectus grecus. hoc ꝓbatur. et capiatur purus latinus q per ōīs scriptū videt/ et per oē prolatum q audit: solū cōcipit (q deus est) capiatur et grecus qui concipit taliter esse per ꝓpōnes qualiter ex impositione vel impositionibus significāt. Et ponatur q iste latinus videat et audiat oēs ꝓpōnes grecas quas vidit et audit iste grecus Tunc iste latinus sit omnes propositiones veras eo q per omnes considerat sicut est et grecus per aliquas non sicut est: vel aliter q̄ est.

¶ **Ex istis suppositionibꝰ sequunt̄ tres conclusiones. Quarum prima est hec. Aliqua ꝓpositio que significi-**

cat sicut est. est falsa: probatur sic. Aliqua propositio significans sicut est que falsifi cat se. ⁊ omnis propositio falsificans se est falsa. ergo conclusio vera. maior p̄z per dicta in secunda diuisione: et minor ex suppositione secunda et ex consequente sequitur conclusio probanda.

¶ Secunda conclusio est hec/in aliqua consequentia bona ⁊ formali: ex vero sequitur falsū. hoc ꝓbatur sic. In aliqua ꝯña bona ⁊ formali: ex vero sequitur propositio falsificans se. ⁊ quelibet talis est falsa per suppositionem scḋam. ergo. ⁊c̄. Añs ꝓbatur sic. Ista ꝯña bona et formalis: ꝯñs istius ꝯñe est falsum. ergo ꝯñs istius cōsequentie est falsum. Añs istius ꝯñe est verum: et ꝯñs falsum. ꝙ ꝓbatur sic. Et ponaẗ ꝙ solū ista ꝯña sit: ⁊ ꝙ nulla alia ꝯña sit: ⁊ ꝙ añs istius consequentie principaliter sig̃t ꝙ ꝯñs sit falsum eadem ꝯña demonstrata: et ꝙ ꝯñs istius ꝯñe significet principaliter ꝙ ꝯñs istius sit falsum. Isto posito hoc cōsequens se falsificat: vt patet. Nā consequēs est pertinens ad inferendam seipsam fore falsam. ergo falsificat se consequētia patet per primā suppositionē. Antecedens probatur cum totaliter sic esse sicut est significat. sequitur ꝙ illud sit verum: et omnino sequitur consequens fore falsum: ergo consequens est pertinens. ⁊c̄. consequentia patet ex predictis in secunda diuisione. et añs probatur quia sequitur ꝯñs est falsum. et tm̄ hoc est ꝯñs. ergo tantū hoc est falsū. Et ꝙ añs sit verum probatur sic: nā antecedēs significat principaliter sicut est: et non falsificat se. ergo est verum. Ista consequentia est bona. et maior patet. et minor patet intuenti.

¶ Tertia conclusio est hec: duo contradictoria inter se cōtradicētia sūt simul falsa. ꝓbaẗ sic. Nā aliqua sunt cōtradictoria quoꝝ vnū sig̃t aliter ꝙ est: ⁊ alterū falsificat se. ergo ꝯclusio vera. cōsequentia p̄z per diffinitionē tertiā: et suppositionem secundā. Et assumptū probatur sic. Ista sunt duo cōtradictoria hoc est falsum. et hoc nō est falsū. et volo ꝙ per vtrūq; istoꝝ hoc. demonstreẗ primum istoꝝ: et ꝙ illa ꝓpositio hoc est falsum: significet principaliter. ꝙ hoc est falsum: et ꝙ illa propositio hoc non est falsum. significet principaliter ꝙ hoc nō est falsum. tunc primū istoꝝ est falsum: quia falsificat se. nam sequitur hoc est falsum ergo hoc est falsum. et scḋm est falsum quia significat aliter ꝙ̄ est.

¶ Contra istas conclusiones multipliciter arguitur Et primo sic. vna istarū ponit aliquā ꝓpositionem neq; fore veram. neq; fore falsā ꝙ est ꝯtra philosophū in predicamentis. vbi dicit. videtur autem omnis affirmatio esse vera vel falsa. Et si hoc sit verum de affirmatiuis est verum de negatiuis eadem ratione. ¶ Itē in eodem libro dicit alibi sic. In eo ꝙ res est: vel non est: oratio vera vel falsa. sed quecūq; ꝓpositio detur vel est ita ex parte rei sicut ista significat: vel non est. ergo quecunq; propositio detur est vera vel falsa.

¶ Ad primū dicendum est sic. phūs cū dicit videẗ. ⁊c. Intēdit ponere differentiā inter ꝓpositiones: et incōplexa de quibus ꝓpositiones cōponūtur differētia. ergo sua est hec. ꝙ omne verum vel falsum est ꝓpō affirmatiua vel negatiua: sed nullum incomplexū est verum vel falsum: et sic saluatur p̄ma ¶ Ad scḋm dicendū est ꝙ illa sic intelligitur: ꝙ qn̄ ita est ex parte rei: sicut ꝓpō principaliter significat. si nō falsificat se: est ꝓpositio vera: eo ꝙ ista significat sicut est. Et in eo ꝙ aliter est ex parte rei ꝙ̄ ꝓpositio significat est falsa.

¶ Pro quo sciendum est. ꝙ oīs propō significās principaliter sicut est. vel aliter ꝙ̄ est. si sit de p̄nti: preterito vel futuro. necessario: vel de ꝯtingēti: cuius veritas est dependēs de p̄nti est vera vel falsa. et nulla alia est vera. vel falsa ex quo p̄z ꝙ multe sunt ꝓpōnes neq; vere necq; false. cuiusmodi sunt iste (hec ꝓpō sig̃t aliter ꝙ̄ est) eadē demonstrata. et talis tu morieris cras et similiter oīs ꝓpositio de futuro contingenti. cuius veritas non dependet a presenti.

¶ Adhuc contra aliam partem arguitur sic. Ista po

sitio ponit aliquã ꝓpõnẽ fore falsã que ꝑncipaliter sigt sicut est. ergo eadẽ ratione habet ponere aliquã ꝓpõnẽ esse verã q̃ sigt principaliter aliter q̃ est: ⁊ hoc negat ista cõclusio. ergo male. ¶ Itẽ illa ꝓpõ asserit oẽm ꝓpõnẽ falsificantẽ se fore falsã ꝗ simili rõne hꝫ ponere oẽm ꝓpõnem verificantẽ se fore verã ꝙ negat positio ista. Ad istas duas obiectiones potest respõderi negando vtrãqꝫ ꝯñam. quia plus req̃ritur ad veritatẽ ꝓpositionis. q̃ ad falsitatẽ: qꝛ ad hoc ꝙ ꝓpõ sit vera requirit̃ ꝙ significat sicut est nõ falsificat se. Et ad hoc ꝙ sit falsa sufficit ꝙ significat aliter q̃ est vel ꝙ falsificat se. Unde nõ sequitur ista propositio verificat se. ergo est vera. qꝛ plus requiritur. scilicet ꝙ significat sicut est ⁊ non falsificat se. Nec sequitur ꝙ ista propositio est vera. scilicet omnis propositio est vera: licet verificat se. sed est falsa quia significat aliter q̃ est. vnde hec bene sequitur falsificat se. ergo est falsa. Sed tamen non sequitur verificat se. ergo est vera.

¶ Contra secundam conclusionem obiicitur sic. Ista conclusio est contra regulas Aristo. in primo libro priorum. vbi talibus vtitur regulis. ꝯñs est falsum. ergo añs. et Añs est verum. ergo ⁊ ꝯñs. ergo nõ potest poni ꝙ aliqua sit ꝯña bona et formalis vbi antecedens est verum. et ꝯñs falsum.

¶ Respondendum est ꝙ intellectus philosophi ꝑ prima regula est iste si ꝯñs nõ significet sicut est. ⁊ nec añs nec ꝯñs est pertinẽs ad inferendũ seipsm sigre sicut est. ꝗ añs nõ sigt sicut est. ¶ Scda regula est sic intelligẽda: si añs significet sicut est: et nec añs nec consequẽs est pertinens ad inferendã seipsã significare sicut non est. ergo consequens significat sicut est.

¶ Contra vltimam conclusionem arguitur sic. ¶ In primo posteriorum et in multis aliis locis videtur ꝙ Aristoteles innuit. ꝙ duo cõtradictoria non sunt simul vera nec falsa. sed ista conclusio ponit ꝙ possunt simul esse false. ergo conclusio falsa.

¶ Respondendum est ꝙ intellectus aristotelis talis est ꝙ nulla sũt ꝯtradictoria inter se ꝯtradicẽtia. quorum vtrũqꝫ sigt sicut est vel quorum vtrũ qꝫ sigt aliter q̃ est. Et hoc mõ ꝯmuniter loquit̃ Aristo. dicẽs illud fore verũ. ꝙ sigt est et illud fore falsũ: qd sigt aliter q̃ est. nisi in materia insolubiliũ. vbi intẽdit ꝙ falsũ est nõ solũ tale qd sigt aliter q̃ est: sed tale ꝙ est destruẽs vel falsificãs se. sicut ptꝫ ꝑ tertiũ Aristo. iiij. metha. vbi dicit. Accidit oĩbus talibus ꝓpõnibus destruere seipsas: vbi intendit ꝙ talis ꝓpõ que est pertinens ad inferendã seipsã fore falsũ destruit et falsificat se. et quelibet talis est falsa. sicut declaratum est primo.

¶ His igitur intellectis. ⁊c. iuxta Aristotelis sententia ꝯñs est insolubilia soluere: et inter illa primo determinandũ est de insolubilibus a ꝓprietate vocis generatis inter insolubilia simplicia a facilioribus principia michi sumã. ¶ Sit igitur in scripto hec ꝓpositio (falsum est) non sit aliqua preter illam: et significet principaliter ꝙ falsum est: et deinde proponatur quod falsũ est. Si negetur vel dubitetur. Arguitur sic vt sequitur.

¶ Contra ꝓpositio vera vel ꝓpositio falsa est: sed nulla est ꝓpõ vera. ꝗ ꝓpõ falsa est: Maior est manifeste vera: ⁊ minor patet ꝑ casum. Quod sic ꝓbatur oppositũ minoris repugnat casui. ergo minor sequitur ex casu. Antecedẽs probatur sic. Nam si oppositum minoris non repugnat casui: ⁊ illa est possibilis: ponat̃ tunc ꝙ oppositum minoris stet cũ casu: scilicet ꝙ propositio vera sit. ¶ Tũc Arguitur sic. ꝓpõ vera est: et nulla nisi ista: falsum est. ergo ista est vera. ¶ Et tunc vltra. ergo ita est sicut illa principaliter significat consequentia ptꝫ per secundã diffinitionem. ¶ Sed principaliter per casum: illa significat ꝙ falsum est ergo ita est ꝙ falsũ est. et nulla alia ab illa est propositio. ergo ista est falsa: ⁊ sic sequitur ꝙ idem est verum: et falsum: ꝙ est impossibile. ¶ Si concedatur ꝙ falsum est: tunc sic falsum est. ⁊ omnis propositio est ista falsum est eadẽ demõstrata.

ergo illa est falsa. et vltra. ergo ista signat principaliter aliter quam est: et ista principaliter signat q falsum. ergo non est ita q falsum est cuius oppositum fuit concessum. ¶ Item tu concedis falsum scitum a te fore falsum: non sequens ex casu: et per te hoc fuit falsum. ergo male respondes. Idem falsum est: et illa principaliter significat q falsum est. ergo ita est principaliter sicut significat: et vltra. ergo illa est vera. huic forte respondetur negando casum: et alios consimiles tanquam impossibiles.

¶ Contra si tamen ista propositio foret in scripto / et nulla alia propositio: adhuc possibile est q aliquis videret illam: et similiter si multe forent propositiones cum illa: et q illa signat principaliter ex impositione q falsum est. Et si vnus homo qui continuo sit instructus in tota vita sua ad concipiendum per quamlibet propositionem q falsum est: hoc posito: pono q videat hoc scriptum et concipiat per illud q falsum est: sicut fuerat instructus: posito ipso vidente illud continue corrumpantur omnes alie propositiones ab ista: ita q nulla sit nisi ista quo posito isto concepit per istam q falsum quod ita sibi signat: q falsum est. consequentia patet per septimam suppositionem: et nulli alij a forte sic signat. quod soli sorti sic signat q falsum est. Et si imponitur ad significandum ergo illa principaliter signat q falsum est: et tantum illa est. ergo totus casus est possibilis. Item cum hoc q tantum sit illa ista potest significare principaliter minus ex impositione vel magis simpliciter. quod ex impositione potest significare sic principaliter. Item illa propositio: deus est. potest significare principaliter q deus est cum hoc q tantum ista sit et similiter hec propositio homo est asinus: potest principaliter significare q homo est asinus: cum hoc q tantum ista sit. sed nulla potest assignare causa quare vna illarum potest sic principaliter significare q tantummodo illa foret: quin eadem eum vel consimili possit illa propositio falsum est principaliter significare q falsum est / cum hoc q tantum illa foret. ergo si talis casus est possibilis q deus est: et illa principaliter significat q deus est: et tantum ista propositio sit. sequitur q iste casus est possibilis. scilicet q ista propositio falsum est significet falsum esse: cum hoc q tantum ista sit. sed hic fugatur vna causa: et dicitur q licet ista propositio deus est foret et nulla alia / et ista principaliter significet deum esse: ex isto sequitur aliquod impossibile: sed si tantum foret ista propositio falsum est: et principaliter significet q falsum est: sequitur impossibile vt patebit posterius. Ista causa non est nisi illorum qui nesciunt aliter respondere ad insolubilia nisi possibile foret impossibile sustinere.

¶ Respondeatur admittendo casum: et quando proponatur q falsum est: concedatur. similiter concedatur q ista est falsa: et negetur ista consequentia est falsa. quod principaliter signat aliter quam est: quia oportet addere in antecedente q ista non falsificat se: et hoc falsum est. Nam sequitur falsum est: et hec propositio est omnis propositio: demonstrando falsum est. quod hoc est falsa. et sic illa est pertinens ad inferendam seipsam fore falsam. et vltra. ergo ista est falsa: consequentia patet per secundam suppositionem. Ad secundum argumentum negetur consequentia: nam consequentia non valet: eo q bene respondendo in aliquo casu possibili posito falsum scitum a me fore falsum est concedendum similiter impossibile scitum a me est impossibile: est a me concedendum: vt si poneretur q hec propositio (deus est) significaret precise q homo est asinus: et hoc bene scis: adhuc ista foret concedenda (deus est) et tamen est falsa et impossibilis. Et similiter casus non est negandum. nam q falsum est sequitur ex casu: vt patet: nam cum casu stare non potest q ista sit vera: et ex casu sequitur q ista propositio est de presenti significans sicut est vel aliter quam est. ergo sequitur ex casu q ista propositio sit falsa. ¶ Ad tertium concedatur prima consequentia scilicet q falsum est. et principaliter significat q falsum est. ergo ita est. etc. sed negetur illa consequentia quando concluditur. ergo est vera eo q aliqua propositio falsa signat sicut est: vt patet per primam conclusionem: vt est propositione falsificante se: et sic est in proposito sicut prius declaratum est.

¶ Contra istum modum soluendi insolubilia arguitur sic. ¶ Aristo. ij. elenchorum. ca. i. de solutione paralogismorum secundum quid et simpliciter soluit insolubilia per istam fallaciam secundum quid ad simpliciter: sed ista solutio non sic facit. ergo peccat contra solutionem Aristo. et per consequens non valet

ista solutio. ¶ Dico ꝙ si fiat talis consequentia. hec propositio significat principaliter sicut est. ergo est vera. est fallacia secundum quid ad simpliciter: eo ꝙ consequens significat duo. Nam ad hoc ꝙ propositio sit vera requiritur ꝙ significat principaliter sicut est: cum hoc ꝙ non falsificat se: sed antecedens in consequentia facta solum ponit consequens secundum vnam partem sui significati: et non secundum totũ significatũ. et ideo a tali antecedente ad tale consequens est fallacia secundum quid ad simpliciter.

¶ Ac si sic arguitur/ iste est albus secũdũ dẽtes. ergo iste est albus. Et iste est intellectus Aristo. ibidem: vt patet per eum vbi soluit paralogismũ fundatum super talem casum: ponẽs ꝙ Sortes iuret esse seipsum periurum (dicens) Nam qui iurat se esse periuratum bene iurat periurãs hoc solum dũ autẽ periurat non. Ex quo textu plane patet ꝙ ista ppositio. s. Sortes iurat seipsum esse periuratum est falsa. Nam si illa esset vera: ⁊ solum iurat hoc tunc solum iurat verum: et per ɔ̃ns esset periurus in hoc ꝙ textus dicit: bene iurat eo ꝙ iurat propositionem sicut est significantem. Et per hoc ꝙ in fine textus apponit vnam negationem intelligere proponit ꝙ non iurat propositionẽ veram: ita ꝙ ista ɔ̃ña sit fallacia secundum quid et simpliciter. Iste iurat propositionem principaliter significantem sicut est. ergo iurat verum. ⁊c.

¶ Item patet per textũ paulopost sequentem qui talis est. Nichil phibet aũt eundẽ vel simpliciter mẽdacẽ esse quo aũt verũ ⁊ est verũ aliquid verũ aũt nõ. ⁊c. Vbi inducit paralogismũ fundatũ super talem casum. Ponatur ꝙ Sortes sic dicat S. est mẽdax. ex quo textu sequitur ꝙ nõ est inconueniens simul esse mendacem: et dicere propositionẽ principaliter significantẽ sicut est nec sequitur illud est verum: sed est fallacia secundum quid ⁊ simpliciter: sicut primo declaratum est.

¶ Aliud sophisma ponatur ꝙ ista propositio sit. Nullũ verũ est: ⁊ nulla alia: ⁊ ꝙ significet principaliter ꝙ nullũ verũ est. Si negetur vel dubitetur quãdo proponitur. Cõtra. Nulla propositio que non est ista est vera: et ista nõ est vera. ergo nullũ verũ est. Maior patet per casum. Et minor est sequens ex casu. quod probatur sic. oppositum minoris est repugnans casui. ergo minor est sequens ex casu qḋ probatur sic. nã si non sit repugnans casui: ⁊ cum illa sit possibilis ponatur ꝙ ista sit sicut illa principaliter significat. Et arguitur sic. hoc est verũ nullum verum est. ergo ita est sicut illa principaliter significat. ɔ̃ña patet per diffinitionem secundam: et illa principaliter significat ꝙ nullum verum est per casum ergo ita est ꝙ nullum verũ est. Ex quo sequitur ꝙ ista non est vera. Si concedatur ꝙ nullum verum est: et ita est ꝙ nullum verum est. ergo ista est vera. Et vltra sic. ergo aliquod verum est: quod est oppositum concessi. ⁊c.

¶ Solutio cõcedendum est ꝙ nullũ verũ est: ⁊ ꝙ ista principaliter sic significet: ⁊ negãda est ɔ̃ña que cõcludit ꝙ ista est vera: eo ꝙ falsificat se: quia est pertinẽs ad inferendũ seipsam falsam. Nã sequitur. nullũ verum est: ⁊ ista ppositio significat sicut est: vel aliter ꝙ̃ est. ergo ista est fa[l]s[a]. Aliud insolubile ponatur ꝙ A ⁊ B sunt due ppositiões: quarũ A sit ista (deus est) ⁊ B sit ista (omne verum est A) ⁊ significent principaliter sicut termini pretendũt: tũc proponatur ꝙ omne verũ est A. si negetur vel dubitetur. Contra. A est verum: ⁊ nulla est propositio alia ab A/ que est vera. ergo omne A est verum. maior patet ex casu: et minor est sequens ex casu: quod pbatur sic. oppositum minoris est possibilis propositio: ⁊ si poneretur cum casu: sequeretur oppositũ casus. ergo sequitur minor ex casu assumptum probatur sic. ⁊ ponatur oppositum minoris cum casu: tũc arguitur sic. Aliqua propositio alia ab A est vera: ⁊ nulla est propositio alia ab A/ nisi B. ergo B est verum. Sed B principaliter significat ꝙ omne verum est A. ergo ita est sed nullum B est A/ nec A est B. ergo B non est verum: et per consequens nulla propositio alia ab A est vera: quod est oppositum concessi.

¶ Si cōcedetur q̄ omne verū est A. Cōtra si omne verū est A. et B nō est A. et B est. ergo B nō est vera. patet ꝯña: et minor est concedenda et maior est posita. ergo ꝯña est concedēda. Et sic vltra. B non est verum: et B est propositio de presenti significans sicut est: vel aliter q̄ est. ergo B est falsa. Et vltra. ergo non est ita q̄ omne verum est A. cuius oppositum fuit concessum. &c.

¶ Solutio. concedendū est q̄ omne verum est A. et q̄ B est falsum: et neganda est consequentia in qua concluditur q̄ non est ita q̄ omne verum est A quia oportet addere q̄ B non falsificat se: sed hoc est falsum: quia B falsificat se: vt satis patet de se.

¶ Item ponatur q̄ sint tantū iste tres propositiones Deus est: que est vera. et homo est animal: que est vera: et quelibet ꝓpositio vniuersalis sit dissimilis istis. et q̄ pricipaliter significet q̄ quelibet ꝓpositio vniuersalis sit dissimilis istis: et demōstrando per ly istis duas primas propositiones. Deinde proponatur quelibet propositio vniuersalis est dissimilis istis. Si negetur vel dubitetur. Cōtra et arguitur sic. Ista est dissimilis istis: et ista est q̄libet ꝓpō vniuersalis ergo. &c. Minor patet de se: et maior etiā ꝓbatur. Nam illa est falsa demōstrata eadē vniuersali: et iste sunt vere: ergo ista est dissimilis istis veris. consequētia patet ex modo loquendi. Et aña probatur sic. Ista falsificat se. ergo est falsa. cōsequentia patet per suppositionem secundam. Aña probatur sic. Ista est dissimilis istis et iste sunt vere. ergo ista est falsa.

¶ Si cōcedatur: tūc arguitur sic. quelibet propositio vniuersalis est dissimilis istis. et ista principaliter sic significat. ergo pricipaliter significat sicut est. Et vltra. q̄ ista est vera: et iste sūt vere. ergo ista est similis istis. ergo ista non est dissimilis istis: et ista est quelibet ꝓpositio vniuersalis. ergo nulla propositio vniuersalis est dissimilis istis: cuius oppositum est concessum.

¶ Solutio. Concedendum est q̄ quelibet propositio. Et concedatur q̄ ista sic significat: et principaliter sicut est significat: sed nō sequitur. ergo est vera: eo q̄ falsificat se vt patet intuenti.

¶ De copulatiuis sit hoc sophisma ponatur hec copulatiua (deus est: et hec copulatiua est falsa) et significet precise sicut termini pretendunt q̄ deus est: et hec copulatiua est falsa: et prima sigt q̄ deus est: et secunda q̄ ista copulatiua est falsa: et per hoc pnomen illud demōstratur tota copulatiuā: deinde proponatur ista copulatiua. Si concedatur: tunc sic. deus est: et ista copulatiua est falsa. ergo ista copulatiua est falsa. Et vltra. q̄ ista copulatiua sigt aliter est. q̄ non est ita q̄ deus est: et ista copulatiua est falsa. Si negetur vel dubitetur. ¶ Cōtra ista copulatiua falsificat se: q̄ est falsa. ꝯña patet et aña ꝓbatur sic. Nam sequitur manifeste deus est: ista copulatiua est falsa. ergo ista copulatiua est falsa. ꝯña patet a tota copulatiua ad alteram eius partem. &c.

¶ Solutio. cōcedatur ista copulatiua: et concedatur q̄ ista est falsa: et negetur consequentia: ergo significat aliter q̄ est. sicut prius. q̄ falsificat se. &c.

¶ Sequitur de disiunctiuis sophisma.

¶ De disiunctiuis ponatur ista disiunctiua homo est asinus: vel nulla disiunctiua est vera: et q̄ principaliter significet sicut termini pretendunt: et non sit alia disiunctiua ab ista. ¶ Dicendum est q̄ ista disiunctiua est falsa. quia falsificat se: debet tamen concedi eo q̄ significat sicut est. et tunc negetur consequentia. ergo ista est vera: sicut prius declaratum est.

¶ De exclusiuis ponatur q̄ A sit ista propositio deus est. Et B ista tm̄ A est verū: et nō sit alia propositio ab istis: et significet A principa-

liter pro deus est: et significet B principaliter q tantum A est verum. Isto posito cõcedendũ est q tantum A est verum: eo q significat principaliter sicut est: et cõcedendum est q illa est falsa: quia falsificat se.

¶ De exceptiuis ponatur q A sit ista ppositio. Nulla propositio preter A est falsa: et non sit alia propositio ab A. et sit tantũ vnũ A/ et significet principaliter sicut termini pretendũt: concedendum est q nulla ppositio preter A est falsa: etiam cõcedendũ est q A est falsa: eo q falsificat se: et hec de insolubilibus a proprietate vocis sufficiant.

¶ Premissis insolubilibus que ex vocũ nascũtur proprietatibus et solutio. Modo proponimus quedã soluere insolubilia que prouenium ex actibus nostris. ¶ Pro quo sciendũ est in huius tractatus declarabitur exordio. Duplices sunt actus. Quidam enim sunt ex quibus nata sunt insolubilia prouenire sine proprietate vocis. Et quidem sunt ex quibus sine pprietate vocis nũq nata sunt insolubilia prouenire. Exemplũ primi: vt credere/ imaginare. Exẽplum secundi: vt audire/ legere. ¶ Quo ad primos actus nostros sit breue sophisma. Ponatur q sit tantũ vnus S. et credat istã ppositionẽ. S. decipitur: et nullã aliã: et significet principaliter q sortes decipitur. et ponat q talis decipitur qui credit falsum. Deinde pponatur q S. decipitur. Si negetur vel dubitetur. Contra oppositum eius repugnat casui. ergo iste sequitur ex casu. Aña pbatur sic. Si oppositum eius nõ repugnat casui/ ponat tũc cum casu q S. nõ decipitur/ tunc sic. Sortes non decipitur/ et solum talis nõ decipitur/ qui nõ credit falsum. ergo sortes non credit falsũ. Et vltra Sortes non credit falsũ/ et solum credit istã propositionem. S. decipitur. ergo ista est vera/ et ista principaliter significat q S decipitur. ergo ita est q S. decipitur. tũc sic. ita est q S. decipitur. ergo S. decipitur/ quod est oppositum alterius propositionis posite cum casu. Si concedat q S. decipitur. tunc sic. S. decipit et omnis talis credit falsum ergo S. credit falsũ/ et solũ credit istam propositionẽ S. decipitur. ergo ista est falsa. et vltra. ergo signt aliter q est/ et ista signt q S. decipitur. ergo non est ita q S. decipitur/ cuius oppositum fuit concessum.

¶ Solutio. concedendum est q sortes decipitur. et q ista est falsa/ et neganda est ãña. ergo significat aliter q est/ eo q oportet addere immediate q non falsificat se. Nam sequitur. Sortes decipitur. ergo credit falsũ/ et solum credit istam. ergo ista est falsa.

¶ Notandũ est q tales termini iurare/ cõcedere/ negare/ et hmõi sunt termini quorum actus quando adiungitur terminis significantibus primo et principaliter transeunt ad propositiones/ et non ad significatũ propositionis/ nisi per aliquã determinationẽ vel modificationẽ impediãtur/ et tũc actus eorum principaliter in significato propositionũ. Unde formaliter sequitur. tu iuras verũ. ergo iuras ppositionẽ verã/ sed non sequitur. tu iuras hoc verũ/ demõstrãdo per ly hoc signũ verũ. ergo iuras propositionẽ/ qz ly hoc est quedam determinatio limitans ly verũ ad significatũ verũ/ et nõ ad propositionẽ verã/ patet ergo talem ꝯsam nõ valere. tu iuras hoc verum/ vel tu iuras verum iurans hoc ergo tu iuras propositionem veram. etc. ¶ Notandũ est q si aliquod determinabile verum falsũ/ et hmõi totaliter precedant determinant dictum propositionis/ et si totaliter subsequantur diminuant propositionem. et non econtra.

¶ Ad faciẽdum insolubile in copulatiuis copulandũ est tale. Quelibet copulatiua est falsa/ vel nulla copulatiua est vera cum vna propositione vera vel necessaria/ ponẽdo q illa copulatiua sit quelibet copulatiua et q precise et primarie significet/ et vtraq eius pars/ et dicat q illa est falsa/ qz vtraq eius pars est vera/ et quodlibet eius significatũ adequatũ est verũ/ et vltra in aliis. Nec valet hoc argumentũ/ vtraq pars huius copulatiue est vera/ et illa precise ex significatione suarum partium significat. ergo illa copulatiua est vera sed est fallacia secundum quid et simpliciter.

¶ Ad faciendum insolubile in disiunctiuis disiungendum est tale. Quelibet disiunctiua est falsa: vel nulla disiunctiua est vera cum propositione falsa vel impossibili: et ponendum est illam disiunctiuam esse quelibet disiunctiuam et quod illa et vtraque eius pars precise et primarie significet. Et respondendum est hic. vt in copulatiuis. Dicendo quod illa disiunctiua est falsa: et tamen quelibet pars principalis est vera: et vltra vt in aliis. nec valet hoc argumentum. Altera pars disiunctiue est vera: et ista disiunctiua precise et primarie ei significatione suarum partium significat. Ergo illa disiunctiua est vera: sed est fallacia secundum quid, est simpliciter.

¶ Hic nouissima quidem insolubilia iuuenum animos non parum incitantia mentes preparantia. ac denique eorum memorias artificiose reformantia feliciter incipiunt.

Primo omnium petendum est quid enim insolubile sit. deinde quoddam pacto insolubile diuidi valeat. Quum he due noticie. scilicet diffinitio et diuisio ex Boetij namque sententia ad res cognoscendas non mediocriter conferunt. Iam manifestemus ostendendo quid enim insolubile sit. Et dicatur quod insolubile est propositio que quadam difficientia et non conuenienti facilitate solui potest. vt patet de quibuscumque insolubilibus siue ea ipsa insolubilia sint ex parte vocis siue ex parte actus nostri interioris: exterioris ve: siue ex mixtione actus nostri: cum proprietate vocis: de quibus inferius planius singula dicemus. Proprietates vocum he sunt: esse falsum: esse impossibile: esse necessarium: esse verum: et his similes. Actus nostri sunt duplices: scilicet interiores: vt scire: cogitare: et his similes. Et actus exteriores: vt scribere: audire: et his actus similes.

¶ Modo sequitur secunda pars huius opusculi / in qua ostenditur insolubilis particio / que hec est. Omne insolubile

aut est proueniens ex proprietate vocis (vti hoc insolubile. omne complexum est falsum) aut est proueniens ex non proprietate vocis: et sic dupliciter: aut est insolubile proueniens ex proprietate actus nostri: aut ex commixtione.

¶ Insolubile proueniens ex proprietate actus nostri adhuc est duplex: aut est proueniens ex proprietate actus

nostri interioris vt hoc insolubile. nullum complexum est cogitatum: quum solum hoc complexum cogitetur. Aut est proueniens ex proprietate actus nostri exterioris sicut hoc insolubile. nullum complexum est dictum a sorte: quum sortes hoc solum dicat. ¶ Insolubile enim proueniens ex commixtione: aut est proueniens ex commixtione actus nostri dumtaxat exterioris et interioris: velut hoc insolubile. nullum dictum a sorte est precogitatum a sorte: aut est proueniens ex mixtione actus nostri cum proprietate vocis / et hoc dupliciter. quia sic aut est proueniens ex commixtione actus nostri interioris cum proprietate vocis. vt hoc insolubile. omne scitum est falsum. aut est proueniens ex commixtione actus nostri exterioris cum proprietate vocis vt hoc insolubile. omne dictum a sorte est impossibile. ¶ Secunda diuisio hec est. quedam propositio significat principaliter sicut est. vti hec propositio (deus est) et omnis vera propositio. quedam propositio significat aliter quam est. vt hec propositio (homo est asinus) et omnis propositio falsa non falsificans se. quedam non falsificat sicut est principaliter / sicut hec / scilicet hec propositio non significat sicut est. quedam vero non significat principaliter aliter quam est. vt hec propositio / scilicet hec propositio significat aliter quam est: nec ylla sibi similis.

¶ Preterea sequitur tertia pars huius passus: que vero ꝑpositionū descriptiones ac suppōnes ꝯplectit̄. Primo de descriptionibus: deīde de suppositionibus.

¶ Propositionum enim descriptiones sunt quattuor.

¶ Prima est hec. propositio est oratio indicatiua significāo naturaliter: aut ex impositione vel impositionibus qua vel quib⁹ vltima fuit imposita ad significandū complexe significata: hoc patet discurrendo per singulas propositiones. Secunda diffinitio est hec. Propositio vera significat principaliter sicut est. naturaliter sicut propositio in anima aut artificialiter ex impositione vel impositionibus/qua vel quibus sit imposita ad significandum. ¶ Tertia descriptio est hec. Propositio falsa non falsificans se principaliter sigt̄ aliter ꝙ̄ est naturaliter: vti propositio in anima concepta: aut ex impositione vel impositionibus qua vel quibus erit imposita ad significandū. ¶ Quarta et vltima descriptio est hec. Insolubile est propositio significans principaliter sicut est vel aliter ꝙ̄ est ad quam est pertinens ad inferendam seipsam fore falsam vel veram.

¶ Peracto de descriptionibus que sunt. Iam aliquid referēdum est de suppositionibus/ quarum tres sunt

¶ Prima est hec. Omnis propositio pertinēs ad inferendā seipsam fore falsam est propositio falsificans se: ꝛ propositio pertinēs ad inferendā seipsam fore negatam vel negandam: concessam vel concedendam est propositio negans se vel concedēs se. Propositio falsificans se talis est. scilicet omnis propositio est falsa. Propositio negans se talis est. scilicet omnis propositio est neganda. Propositio concedens se talis est. scilicet omnis propositio est cōcedenda. Propositio impossibilitans se talis est: scilicet omnis propositio est impossibilis: et ita de alijs similibus.

¶ Secunda suppositio est hec: propositio falsificans se non est principaliter falsa: nec principaliter significet aliter ꝙ̄ est: vt patet ex dictis Autoris vetustis insolubilibus ī sua prima diuisione. Ita nec propositio impossibilitans se est simpliciter impossibilis: nec principaliter significans sicut est: nec principaliter aliter ꝙ̄ est. ꝛ sic de alijs.

¶ Tertia suppositio est hec. nulla ꝑpositio est sue partes diuisim sumpte: vt patet in hac ꝑpositione: homo est animal: non est hec pars homo nec pars animal: nec hec pars est.

Postremo sequitur quarta pars ꝛ vltima hui⁹ ꝑcessus. In qua quidē parte nouē sophismata colligūtur insolubilia cū eoꝝ solutionibus. Ex q̄bus eīn solutionib⁹ pn̄t collegi solutiones ad quascūq; instātias factas vel faciēdas ī solubilibus: tria eīn ex parte vocis ꝛ tria ex parte actus nr̄i: ꝛ tria ex ꝯiunctione actus nr̄i cū proprietate vocis.

¶ Sophisma primū hoc est. ponatur ꝙ omne ꝯplexū est īpossibile: cū hoc ꝙ nō sīt plures ꝑpōnes ꝙ̄ ista. ꝛ ꝑpōnes colcabiles. Quo casu admisso ꝛ ꝑposito ꝛ ꝯcesso. ¶ Arguit̄ sic. Om̄e ꝯplexū est impossibile: hoc idem est cōplexū ḡ hoc est impossibile. ꝯn̄a tenet: q: est syllogismus in darij. Et tūc ex ꝯn̄te Añte et ꝯn̄te ꝯcessis: hoc est impossibile ꝛ vos hoc cōceditis. ergo male respondetis probatur ꝯn̄a ex dictis Autoris prima specie obligationis. vbi dicit ꝙ ꝑpter possibile positum: non est impossibile concedendum.

¶ Ad hoc sophisma r̄ūdeatur sub hac forma admittē do casū ꝛ ꝯcedendo ꝑpositū ꝛ totū argumētū syllogisticū sequēs: et neget̄ hoc argumentū. hoc est impossibile. ergo male r̄ūdetis: ꝛ q̄ꝛ sic probatur ex dictis Autoris

q propter possibile positum. etc. Ad hoc ita dicendum est q impossibile est duplex. scilicet simpliciter dictum/et impossibile impossibilitans se. Qua de impossibili distinctione posita. dico q propter possibile positum nullo modo est impossibile simpliciter concedendum: tamen non inconuenit abs me impossibile secundo modo dictum impossibilitans se esse concedendum: quia tale impossibile est possibile. Et de solo tale impossibili habetur hic instantia.

¶ Sophisma secundum insolubile est hoc. Omne complexum est negandum: quo concesso: hoc est complexum: ergo hoc est negandum. patet consequentia: quia est syllogismus in darij. Si detur tota consequentia. Tunc sic ex consequente. hoc est negandum: et hoc est a vobis concedendum. ergo concedendum simpliciter est negandum: quod est inconsonum.

¶ Ad hoc sophisma respondeatur q concedatur argumentum syllogisticum: et negetur hoc argumentum. hoc est negandum. Et hoc concedendum. ergo concedendum simpliciter est negandum. Et dicat q dupliciter dicitur aliquod esse negandum. i. simpliciter vel q est negans se. hec propositio omne complexum est negandum. non est neganda simpliciter sed est neganda: quia est negans se. et sic stat idem complexum esse concedendum simpliciter: et negandum negans se. nec sunt opposita.

¶ Sophisma tertium insolubile hoc est. omne complexum est non possibile: hoc est complexum. ergo hoc est non possibile. consequentia patet: quia est syllogismus in darij. Ex consequente sic arguitur. hoc est non possibile. ergo male conceditis illud cum nichil est concedendum nisi illud quod possibiliter sit ponendum.

¶ Ad hoc insolubile respondeatur concedendo totum argumentum syllogisticum: et negando hoc argumentum. s. hoc est non possibile. ergo male concedo illud dicendo multipliciter ad hoc antecedens hoc est non possibile. primo sic. non possibile potest sumi pro non possibilitate partibili: aut incompleta: aut intrinseca partiali: cum qua non possibilitate stat bene possibilitas: et sic non valet vltima consequentia: quia antecedens est verum. nec inconuenit tale non possibile esse possibile. et consequens est falsum: vel non possibile potest sumi pro non possibilitate totali/aut completa: aut extrinseca: et falsum est q consequentia est sic non possibile. Sed talis propositio est non possibilis. q nullus deus est: quia non possibilitas hoc complexum denominat totaliter complete et extrinsece. Aliter dicatur q non possibile potest sumi pro non possibilitate non possibilitanti se: et sic consequens est non possibile. nec inconuenit non possibile hoc modo sumptum a quouis concedi. Aut non possibile potest sumi pro non possibilitate simpliciter dicta: et sic non possibile nullo modo concedendum est.

¶ Sophisma quartum insolubile hoc est. Nulla propositio est intellecta: hec est propositio: ergo hec non est intellecta. consequentia patet. et si detur consequentia. Contra hoc consequens est concessum: sed nichil est concessum quin prius erat intellectum. ergo falsum est q hec propositio non est intellecta: minor probatur: quia actus concedendi presupponit actum intelligendi. ¶ Ad hoc insolubile ita dicatur. concessis maiore minore et conclusione. q consequens est intellectum intellectione integra perfecta et simpliciter dicta. et hoc idem consequens non est intellectum non intellectione partiali/incompleta/intrinseca/extremali: aut non intellectione non intelligente se: cum qua non intellectione stat completa/perfectaque intellectio.

¶ Sophisma quintum insolubile hoc est. omnis propositio est non scita: hec est propositio. ergo hec est non scita. Ad hoc insolubile respondeatur vt superius.

¶ Sophisma sextum insolubile hoc est. nullum complexum est precogitatum/hoc est complexum. ergo hoc est non precogitatum. ¶ Ad hoc etiam insolubile respondeatur vt superius.

¶ Sophisma septimum insolubile hoc est. omne dictum a sorte est impossibile. hoc complexum est dictum a sorte. ergo hoc complexum est impossibile. Et vltra ex consequente. hoc complexum est impossibile. ergo male conceditis illud: quum propter possi-

bile positum nullum impossibile est concedendum. ¶ Ad hoc enim sophisma insolubile respondeatur velut ad primum respondebatur.

¶ Sophisma octauum insolubile hoc est. omne itellectũ a sorte est non possibile: hoc idẽ complexũ est intellectũ a sorte. ergo hoc idẽ cõplexũ est non possibile. Et ex ꝯñte hoc idẽ cõplexũ est non possibile. ergo nõ debetur cõcedi: ꝛ per ꝯñs male cõceditis. ¶ Ad hoc insolubile sophisma talis enim detur responsio qualis autem ad tertium insolubile sophisma dabatur.

¶ Sophisma nonũ insolubile hoc est. Nullũ possibile vobis ꝓpositũ est cõcedendũ: hoc est possibile vobis ꝓpositũ. ergo hoc nõ cõcedẽdũ: et tũc ex ꝯñte. hoc nõ est ꝯcedendũ: ꝛ hoc est ꝛ est a vobis concessũ. ergo q̃ nõ est ꝯcedendũ est a vobis concessũ. ¶ Ad hoc sophisma insolubile rñdeat̃ ꝯcedendo totũ argumẽtũ syllogisticũ: ꝛ ad reliquũ argumentũ quod capitur ꝓ incõuenĩete. Dicat̃ distinguẽdo de ꝯñte: eo q̃ dupliciter ꝯtingit aliquid esse nõ concedendũ: vel q̃ sigñt principaliter aliter q̃ est: ꝛ illud est simpliciter nõ concedendũ. nec debet tale vnq̃ concedi. vel aliquid est nõ ꝯcedendũ: q̃ infert se non cõcedi: et illud est nõ ꝯcedẽdũ fm quid. Et sic dicatur ad posteriorẽ ꝯñam q̃ nõ ꝯcedendũ primo modo sũptũ nũq̃ debet ꝯcedi: sed nõ incõuenit nõ concedendũ scdo modo sũptũ esse cõcessũ. Ad hec enĩ insolubilia. oĩs ꝓpõ est nõ sigñs sicut est: nulla ꝓpõ sigñt sicut est. vos desertis a ꝓpõne negata a vobis. oĩs ꝓpõ sigñt aliter q̃ est: ꝛ ad quecũq; alia insolubilia pñt capi solutiones ex predictis. Vel ad ista tñ ita responsiones dari pñt. Primo ad primã q̃ nõ sigñs sicut est. potest sumi dupliciter. s. simpliciter: ꝛ sic nõ est concedendũ aliquod tale quod est nõ sigñs sicut est. Vel potest sumi non sigñs sicut est ꝓ nõ sigñte se nõ sigñre sicut est: ꝛ sic nõ incõuenit nõ sigñs sicut est a nobis concedi. Et sic ad fm sub eadẽ forma rñdendi dicat̃. Ad hoc sophisma. vos desertis a ꝓpositione negata a vobis. Et ad scdam exponentẽ. s. ꝓpõ negata a vobis est: ꝛ eadẽ est cõcessa: ergo. ꝛc. Dicat̃ q̃ ꝓpõnẽ a nobis esse negatã dupliciter ꝯtingit: aut negata est a nobis: q̃ est negata a nobis: ꝛ eadẽ nõ põt esse cõcessa a nobis q̃ a nobis: q̃ sic negatũ est ꝛ concessum sunt opposita. Aut est negata a nobis: q̃ negata a se: et cõcessa a vobis: q̃ a nobis: ꝛ sic nõ inconuenit hanc propõnem. s. propositio negata a nobis est esse negatam a se: quod verum est: et esse a nobis concessam nec sunt opposita.

¶ Ad hoc sophisma insolubile. oĩs ꝓpõ significat aliter q̃ est. hec est ꝓpõ eadẽ oĩsa. ergo hec sigñt aliter q̃ est. ꝛ ad hoc argumentũ sigñt aliter q̃ est ergo est negandũ ꝛ nõ ꝯcedẽdũ. dicat̃ q̃ ꝓpõ sigñs aliter q̃ est põt sumi simpliciter sicut hec ꝓpõ deus nõ est: ꝛ sic ꝓpõ sigñs aliter q̃ est simpliciter est negãda. vel ꝓpõ sigñs aliter q̃ est põt sumi ꝓ ꝓpositiõe sigñte se sigñre aliter q̃ est: ꝛ sic ꝓpõnẽ significantẽ aliter q̃ est a nobis esse concessam minime autem inconuenit.

¶ Oĩs ꝓpõ est dubitãda/hec eadẽ est ꝓpõ. ergo hec ẽ dubitãda. Ad hoc insolubile sophisma dicatur q̃ dupliciter est ꝓpõ dubia: aut dubitãda. s. simpliciter sicut hec ꝓpõ rex sedet. aut est ꝓpõ dubia/aut dubitanda: q̃ est dubitãs se: velut hec ꝓpõ oĩs ꝓpõ est dubia: ꝛ hoc modo oĩs ꝓpõ dubia est ꝯcedẽda: nec sunt oppositi modi rñdendi. s. dubitandum/dubitans se: ꝛ simpliciter cõcedendũ. ¶ Omis ꝓpõ est distinguẽda/hec est ꝓpõ. ergo hec est distinguenda. Ad hoc sophisma insolubile dicatur q̃ dupliciter dr̃ distinguẽdũ. s. simpliciter vti hec propositio. Totus sortes est totus sortes Aut est ꝓpositio distinguens se: sicut hec propositio: scilicet omnis propositio est distinguenda: et sic distinguendum distinguens se. potest esse concedendum: nec sunt sic oppositi modi respõdendi: nisi sumẽdo vtrumq; scilicet distinguendum et concedendum simpliciter.

¶ Potentia actiua est illa que eoipso q̃ poterit in maius potest in minus: vt si sortes possit portare centũ libras: potest portare decẽ libras: ꝛ non ecõtra. ¶ Potẽtia passiua est illa que eoipso q̃ potest in minus potest in maius: vt si sortes posset videre aliquam partem hominis: sequitur q̃ ipse potest videre totum hominem: sed non econtra. et sic differunt.

¶ Nota q in potentijs actiuis est diuisio assignanda per affirmationem de maximo: et negationem de minimo: et hoc sub disiunctione vt patet in prima diuisione. In potentijs passiuis est dictio assignanda per negationem de maximo: et affirmationem de minimo: vt patz in quinta diuisione: et in sexta. ¶ Ad hoc q diuisio sit bene data oportet duo subcontraria simul esse vera: vt patet in prima diuisione. ¶ Ad hoc q diuisio sit sequens ex illis subcōtrarijs requiritur q nulla illorum verificetur solūmodo pro infinitis vel pro infinito: et sic non valet diuisio: vt patet in secunda diuisione. Aliter videndum est an illud respectu cuius fit diuisio eo q poterit in quodlibet sub illo: siue in quodlibet minus illo: si non tunc non valet diuisio: sed tenet cum certis differentijs requisitis: vt patet in tertia diuisione et in quarta.

¶ Et sciendum est q quando fit diuisio mediante termino indistributo respectu rei mutabilis quātum ad talem diuisionem pertinet sustinenda est pars negatiua: vt patet in diuisione prima/quinta/sexta. &c. Si autem fiat diuisio mediāte termino distributo habēte infinita supposita: et respectu rei mutabilis quantū ad talē diuisionē pertinet: sustinēda est pars affirmatiua: vt patet in octaua diuisione: et decima: et in alijs. Sed si fiat diuisio mediāte termino destributo vel indistributo solū finita supposita habente: vel tantū vnū respectu rei mutabilis quantum ad talem diuisionem pertinet: sustinenda est pars negatiua: vt patet in quarta diuisione. &c. Notandum est generaliter si diuisio fiat respectu rei imutabilis quātum ad propositum pertinet/ siue cum termino distributo/ siue non destributo habente finita siue infinita supposita nulla est diuersitas: sed vniuersaliter concedenda est pars affirmatiua.

¶ Quod nō sit dare maximū quod sortes sufficit portare probatur: quia si sic sit illud A. Tūc arguitur sic. S. sufficit portare A. ergo per aliquem excessum excedit potentia S resistentiam A ponderis. consequentia patet ex proportione equalitatis non prouenit motus neq actio: et ex consequente per aliquem excessum excedit potentia sortis resistentiam A ponderis: sed nō per indiuisibilem. ergo per diuisibilem consequentia patet: quia est diuisio immediata. Et minor probatur: quia indiuisibile additū diuisibili non facit ipsum maius neq minus. Tūc capio istum excessum: et diuido illum in duas partes: et tunc sic. per medietatē istius excessus potest sortes portare hoc. ergo per medietatem alteram potest sortes portare maius A. Et vltra. ergo A non est maximū quod sortes. &c. Et sicut arguitur de A sic potest argui de quolibet maiori vel minori quod sortes sufficit portare. &c.

¶ Quod sit dare minimū quod sortes non sufficit portare. probatur. et capiatur aliquod pondus quod est equale potentie S. et sit A. Tunc arguitur sic. A S non potest portare: sed quodlibet minus A S. potest portare: ergo A est minimū. &c. ꝯña patet ab exponētibus ad expositum. et maior patet: quia ex proportione equalitatis nō prouenit motus neq actio. Minor patet: qz per aliqualem excessum excedit potētia sortis resistentiam cuiuslibet minoris A. ergo quodlibet minus A sortes sufficit portare. Antecedens probatur sic. Per aliquem excessum excedit resistentia A resistentiam cuiuslibet minoris A. sed potentia S. et resistentia A sunt equales: ergo per aliquem excessum excedit potentia S resistentiam cuiuslibet minoris A. et sic verificatur diuisio.

¶ Quod nō sit dare maximum tempus per quod antichristus potest esse futurus. Arguitur sic. qz si sic/sit illud A. Tunc sic. A tempus finitum vel infinitum. si infinitū. ergo nō est maximū. &c. ꝯña ptz: quia nullum tempus finitum est assignabile. quin per tempus maius potest antichristus esse futurus: quia vltra illud tempus contingit accidere aliquod tempus futurum maius illo per quod antichristus poterit esse futurus. ergo si A sit tēpus futurū per quod antichristus poterit esse futurus A non est maximum. &c. Si sit tempus infinitum

tunc illud includit contradictionē: quia si antichristus poterit esse futurus per tēpus infinitum sequitur q̄ erit futurus. ergo aliquādo erit. ꝯña patet. Et vltra. antichristus erit futurus per tempus infinitum. ergo nūq̄ erit: quod est impossibile. et per ꝯñs sic est illud ex quo sequitur. scilicet q̄ sit dare tempus infinitum: per qḋ antichristus poterit esse futurus ergo. ⁊c.

¶ Quod nō sit dare minimum tempus per quod antichristus nō pōt esse futur⁹.

